Ipſa volat ſtridens, ventis adiuta, per auras.
Litora pulſa fremunt, vaſtumque immurmurat aequor.
Stridorem iaculumque ſagittarumque notabat.

Magnum horum principium magiſtraque natura eſt; quae nos, imaginibus quibuſdam decoris, mens vnde noſtra excitatur, efficit, vt imitari poſſimus et vocabula ſtruere res ipſas exprimentia: quibus edocti ſumus taurorum mugitus,

tera r: *Tres Notus abreptas in ſaxa latentia torquet. Birc.*

q Il. μ. v. 207.

r Αὐτὸς δὲ.] Similiter Virg. de columba, Aen. V. v. 512. *Illa notos atque atra volans in nubila fugit. Bircou.*

s Il. β. v. 210.

t Αἰγιαλῷ] Sic Virg. lib. I. v. 107. tempeſtatem furentem exprimit: — *His vnda dehiſcens Terram interfluctus aperit. furit aeſtus arenis. Birc.*

u Il. π. v. 361.

x Σκέπτετ'.] Virg. lib. V. v. 438. *Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit. Birc.*

y Imitationem natura nobis eſſe inſitam, docet *Philoſophus* Poëtic. c. 4. *Vpt.*

z Non agnoſcunt *Reg.* 1. et *Colb.*

a Wolfius cum articulo legit τῆς διανοίας.

b Vide, ſi lubet, *Schotti* Obſeru. Poëtic. lib. 2. c. 51. p. 100. Haec autem (vt *Taubmanni* verbis vtar) deſcribendi ratio *Quinctiliano* dicitur *credibilis rerum imago*, aliis quidem *euidentia et informatio* [y] Εμφασις eſt *Aphthonio*, χαρακτηρισμὸς *Rutilio Lupo*, διατύπωσις *Aquil. Rom.* vulgoque ὑποτύπωσις appellatur. *Vpt.*

c 'τφ' ὧν ἐδιδάχθημεν] Animalibus voces ita attributae ſunt, vt naturam eorum exprimere videantur. Vnde ceruorum eſt, *barire et rugire.* Gloſſ. * ἔλαφος κράζει, *bardit et rugit.* Varro Aboriginibus: *Mugiri bos, ouis balat, equi hinniunt, gallina pipat, grunnit ſus: tepido lacte ſatur molâ mactatus porcus.* Aelius Spartianus in Getae vita: *Familiare illi fuit, has quaeſtiones Grammaticis pro-*

ρῶν τε μυκήματα λέγειν, καὶ χρεμετισμὰς ἵππων, καὶ φρυαγμὰς τράγων, [d] πρός τε βρόμον καὶ πάταγον ἀνέμων, καὶ συριγμὸν [e] κάλων, καὶ ἄλλα τούτοις ὅμοια παμπληθῆ, τὰ μὲν φωνῆς [f] μιμητικά, τὰ δὲ μορφῆς, τὰ δ' ἔργα, τὰ δὲ πάθας, τὰ δὲ κινήσεως, τὰ δ' ἠρεμίας, τὰ δ' ἄλλα χρήματος ὁτουδήποτε, περὶ ὧν εἴρηται πολλὰ τοῖς πρὸ ἡμῶν. τὰ κράτιστα δὲ νέμω, ὡς πρώτῳ τὸν ὑπὲρ ἐτυμολογίας [g] εἰσάγοντι λόγον, [h] Πλά-

gitus, equorum hinnitus, fremituſque hircorum verbis repraeſentare, praeterea fragorem et ſtrepitum ventorum, rudentum ſtridorem, atque horum ſimilia quamplurima, quorum alia vocem, alia formam, alia rem geſtam, alia affectiones, aut motum, aut quietem, aut quoduis denique aliud imitantur; de quibus multa ab iis ſcripta, qui nos praeceſſerunt. Laudem vero praecipuam Platoni Socratico, vt primo nominum ad origines ſuas reductori, equi-

proponere, vt dicerent, ſingula animalia quomodo vocem emitterent: velut, agni balant, porcelli grunniunt, palumbes minurriunt, vrſi ſaeuiunt, leones rugiunt, leopardi rictant, elephanti barriunt, ranae coaxant, equi hinniunt, aſini rudunt, tauri mugiunt. Sic etiam dices, *hirundines fritinnire, coruos crocitare, turtures gemere, lupos vlulare*: vt et caninum genus, cui etiam attribuitur *rictare, latrare, gannire, hirrire, ringere*: aſini *rudunt*, hirci *hirquitalliunt*, *ganniunt* vulpes, cygni *drenſant*, anſeres *gingriunt*, cameli *blaterant*, gallinae *glociunt et glocitant*, miluj *iugerunt*, grues *gruunt*, minutae aues *minuriunt*: vt Feſtus docet. *Bircou.*

* *Andreas Schottus* Obſeru. Poët. lib. II. cap. 51. ἐλέφας legit. quamobrem, non video. *Gloſſarium* conſule. *Vpt.*

d Πρός τε idem, quod προσέτι. Sed dubium, an ὑδάτων reponendum pro ἀνέμων ex p. 27. v. 18. [edit. Hudſon.] *Vpt.*

e Si mendo caret, confirmari poterit *Virgiliano* iſto *Aeneid.* I. v. 87. *Inſequitur clamorque virum ſtridorque rudentum. Vpt.*

f Μιμήματα *Colb.*

g Εἰσαγαγόντι *Reg.* 1. et *Colb.*

h Phauorinus in *Var. Hiſt.* l. VIII. apud *Diog. Laërt.* refert, *Platonem* primum Grammaticae vim inſpexiſſe, θεωρῆσαι πρῶτον τῆς γραμματικῆς δύναμιν, vel (vt ipſe *Diog. Laërtius* per *Gloſſam* interpretari videtur) διαλεχθῆναι περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος. *Cratylum* adi *Platonis*, et ſtatim noſces, non teme-

re

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

τωνι τῷ Σωκρατικῷ, πολλαχῇ μὲν καὶ ἄλλοθι, μάλιστα δὲ ἐν τῷ Κρατύλῳ. τί δὴ τὸ κεφάλαιόν ἐστί μοι τῶν λόγων; ὅτι παρὰ μὲν τὰς τῶν γραμμάτων συμπλοκὰς ἡ τῶν συλλαβῶν γίνεται σύνθεσις ποικίλη, παρὰ δὲ [i] τῶν συλλαβῶν συνθέσεις ἡ τῶν ὀνομάτων φύσις παντοδαπὴ, παρὰ δὲ τὰς τῶν ὀνομάτων ἁρμονίας πολύμορφος ὁ λόγος γίνεται· ὥστε πολλὴ ἀνάγκη, καλὴν μὲν εἶναι λέξιν, ἐν ᾗ καλά ἐστιν ὀνόματα, καλῶν δ' ὀνομάτων συλλαβάς τε καὶ γράμματα καλὰ αἴτια εἶναι, ἡδεῖάν τε διάλεκτον ἐκ τῶν ἡδυνόντων τὴν ἀκοὴν γίνεσθαι· καὶ τὸ παραπλήσιον, ὀνομάτων τε καὶ συλλαβῶν καὶ γραμμάτων τάς τε κατὰ μέρος ἐν τούτοις διαφορὰς, καθ' ἃς δηλῶται τά τε ἤθη, καὶ τὰ πάθη, καὶ αἱ διαθέσεις, καὶ τὰ ἔργα τῶν προσώπων, καὶ τὰ συνεδρεύοντα τούτοις, ἀπὸ τῆς πρώτης κατασκευῆς τῶν γραμμάτων γίνεσθαι τοιαῦτα.

equidem assigno; qui hac de re cum saepe alias, tum potissimum *in Cratylo*, disputat. Summa autem nostri sermonis huc redit: e varia literarum connexione variam nasci syllabarum compositionem, e syllabis compositis omnimodam vocabulorum naturam, ex vocabulorum denique structura orationem prodire multiformem: quo necessario factum est, vt ea pulchra sit elocutio, cuius pulchra fuerint vocabula, necnon ex literis et syllabis pulchris vt pulchrarum dictionum sit origo deducenda, adeoque ex iis sermo iucundissimus oriatur, quae suauitate aures perfundunt; ac proinde fieri non potest, quin vocabulorum, syllabarum, literarumque particulares, quae his insunt, differentiae, quibus exprimuntur mores, affectus, dispositiones, opera personarum, et quae his adiuncta, e prima literarum constructione proficiscantur.

Quibus modis pulchra constituatur dictio.

Vtar

re a *Dionysio* dictum, *Platonem* deducendarum Etymologiarum et rectae nominum compositionis primum auctorem fuisse etc. *Mauss.* in *Dissert. Critic.* ad *Harpocrat.* p. 383. *Ed. Lugd.*

i Articulus τὰς desideratur vel ante, vel post τῶν συλλαβῶν, vt in sequenti membro. *Sylb.*

k Alibi

Χρήσομαι δ' ὀλίγοις δείγμασι τῇ λόγῳ τῇδε, τῆς [k] σαφηνίας ἕνεκα· τὰ γὰρ ἄλλα, πολλὰ ὄντα, ἐπὶ σεαυτῷ [l] συμβαλλόμενος εὑρήσεις. ὁ δὴ πολυφωνότατος ἁπάντων τῶν ποιητῶν [m] Ὅμηρος, ὅταν μὲν ὥραν ὄψεως εὐμόρφῳ καὶ κάλλος ἡδονῆς ἐπαγωγὸν ἐπιδείξασθαι βάλητα, τῶν τε φωνηέντων τοῖς κρατίστοις χρήσεται, καὶ τῶν ἡμιφώνων τοῖς μαλακωτάτοις, καὶ ὀ [n] κατα-πυκνώσει τοῖς ἀφώνοις τὰς συλλαβὰς, ὀδὲ συγκόψει τὰς ἤχας, παρατιθεὶς ἀλλήλοις τὰ δυσέκφορα, πρᾳεῖαν δέ τινα ποιήσει ἁρμονίαν τῶν γραμμάτων καὶ ῥέουσαν ἁλύπως διὰ τῆς ἀκοῆς, ὡς ἔχει ταυτί.

[o] Ἡ δ' ἵεν ἐκ θαλάμοιο περίφρων Πηνελόπεια,
Ἀρτέμιδι ἰκέλη, ἠὲ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ. καὶ·

Vtar vero, orationis illustrandae gratia, vt clara sint omnia, paucis exemplis; alia, quae supersunt multa, tibi, *mi Rufe*, subducta ratione inuenienda relicturus. Homerus, omnium poëtarum dicendi sublimitate praestantissimus, si quando vultus pulcherrimi venustatem, aut formam voluptati inducendae accommodam exhibere statuit, vocalium optimis vtitur, et semiuocalium mollissimis: non ille mutis densat syllabas, non sonos praescindit, non secum prolatu asperrima coniungit; sed lenem quandam profert literarum structuram, nostras aures sine molestia suauiter permeantem. quo in genere sunt haec:

Penelope thalamum, prudens regina, relinquit,
Formosae Veneri similis, pulchraeue Dianae. et:

Talem

k Alibi σαφηνείας diphthongus. *Sylb.* atque ita *Reg.* 1. et *Colb.*

l Ex *Herodoto* in *Polymnia*: συμβαλλεόμενος εὑρίσκω. *Vpt.*

m Καταπυκνοῖ, et mox συγκόπλει, *Reg.* 1. et *Colb.* Sed si vera sit lectio, caetera etiam *fut. temp.* mutanda sunt.

n *Odyss.* ϱ. v. 36. et *Odyss.* τ. v. 53.

o Ἡ δ' ἵεν ἐκ θαλάμοιο.] Sic

Virg. Aen. I. v. 496. *Regina ad templum forma pulcherrima Dido Incessit, magna iuuenum stipante caterua. Qualis in Eurotae ripis, aut per iuga Cynthi Exercet Diana choros.* et Aeneid XII. v. 67. *Indum sanguineo veluti violauerit ostro Si quis ebur, aut mista rubent vbi lilia multa Alba rosa: tales virgo dabat ore colores. Turnus.*

p *Odyss.*

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

[p] Δήλῳ δήποτε τοῖον Ἀπόλλωνος παρὰ βωμῷ,
Φοίνικος νέον ἔρνος ἀνερχόμενον ἐνόησα. καὶ
[q] Καὶ Χλῶριν εἶγον περικαλλέα, τὴν ποτε Νηλεὺς
Γῆμεν ἑὸν [r] διὰ κάλλος, ἐπεὶ πόρε μυρία ἕδνα.
ὅταν δὲ οἰκτρὰν, ἢ φοβερὰν, ἢ ἀγέρωχον ὄψιν εἰσάγῃ
τῶν [s] τε" φωνηέντων ἐ τὰ κράτιστα θήσει, ἀλλὰ τὰ
ψοφοειδῶν, ἢ ἀφώνων τὰ δυσεκφορώτατα λήψεται, κα
καταπυκνώσει τέτοις τὰς συλλαβάς· οἷά ἐστι ταυτί.
[t] Σμερδαλέος δ' [u] αὐτῇσι φάνη κεκακωμένος ἄλμ
[x] Τῇ δ' ἐπὶ μὲν Γοργὼ βλοσυρῶπις ἐτεφάνωτο,
Δεινὸν δερκομένη, περὶ δὲ δεῖμός τε φόβος τε.

Talem equidem Delo, ſacratam ad Apollinis aram,
Frondentem palmae ramum proſerpere vidi. et:
Et Chlorin vidi formoſam, quam ſibi Neleus
Duxerat, egregio vultu, ſine dote, puellam.

Quum vero miſerabilem, aut horrendam, aut arrogantem ſp
ciem inducit, non optimas iam inſerit vocalium, ſed quae
nantiſſimae ſunt, aut mutarum ſibi eligit prolatu aſperrima
iiſque ſyllabas condenſat. cuiuſmodi haec ſunt:

Horridus apparet cultu, confectus ab vndis.
Triſtia fulſerunt Phorcynidos ora Meduſae,
Horrendo adſpectu: circum terrorque metuſque.

El

p Odyſſ. ζ. v. 162.

q Odyſſ. λ. v. 280.

r Μετὰ κάλλος *Colb.* quo modo occurrit in vulgatis *Homeri* editionibus.

s Sublato τε, facilior erit ſtructura. *Vpt.*

t Odyſſ. ζ. v. 137. Poſt hunc verſum καὶ deſiderari, exiſtimat *Vpt.*

u Σμερδαλέος δ'] Sic Virg. Aeneid. XII. v. 332. *Sanguineus Mauors clypeo increpat, atque furentes Bella mouens immittit equos.* et: *Iraeque Inſidiaeque, dei comitatus, agu tur.* et X. v. 591. *Que pius Aeneas dictis affatur am ris.* et Aeneid. VIII. v. 43 *Parte alia Marti currumque r taſque volucres Inſtabant; qu bus ille viros, quibus excit urbes: Aegidaque horrifera turbatae Palladis arma, Ce tatim ſquammis ſerpentum, a roque polibant, Connexoſq angues, ipſamque in pectore d uae Gorgona, deſecto verte tem lumina collo. Bircou.*

x Il. λ. v. 36.

y Μ

ποταμῶν δέ γε σύῤῥυσιν εἰς χωρίον ἓν, καὶ πάταγον ὑδάτων [y] ἀναμισγομένων ἐκμιμήσασθαι τῇ λέξει βαλόμενος, ἐκ ἔτι λείας συλλαβὰς, ἀλλ' ἰσχυρὰς καὶ ἀντιτύπους θήσει·

[z] Ὡς δ' ὅτε χείμαῤῥοι [a] ποταμοὶ κατ' ὄρεσφι ῥέοντες, 5
Ἐς [b] μισγάγγειαν συμβάλλετον [c] ὄμβριμον ὕδωρ.

βιαζόμενον δέ τινα πρὸς ἐναντίον ῥεῦμα ποταμῷ μετὰ τῶν ὅπλων, καὶ τὰ μὲν ἀντέχοντα, τὰ δὲ ὑποφερόμενον εἰσάγων, ἀνακοπάς τε ποιήσει συλλαβῶν, καὶ ἀναβολὰς χρόνων, καὶ ἀντιστιγμὰς [d] γραμμάτων· 10

[e] Δεινὸν δ' ἀμφ' Ἀχιλῆα [f] κυκώμενον ἵστατο κῦμα,

Fluuiorum praeterea concurſum in eundem locum, et aquarum ſonitum ſe commiſcentium, dictione imitari atque exprimere laborans, non iam laeues ſyllabas, ſed robuſtas et ſono duriori concurſantes adhibet:

Non ſecus hyberni ſummis de montibus amnes
Permiſtas voluunt plenis conuallibus vndas.

Quin et ſub armis quendam vi fluminis aduerſi impulſum, modo ſe ſuſtentantem, modo impetu delatum, vbi inducit, ſyllabarum eliſiones habet, temporum interualla, et literarum crebra fulcimenta:

Peliden fremitu immani circumſtetit vnda,

Et

y Μισγομένων *Reg.* 1. et *Colb.*

z Il. δ. v. 452.

a Ὡς δ' ὅτε χείμαῤῥοι] Virg. Aeneid. X. v. 603. — *Torrentis aquae, vel turbinis atri More furens.* et Aeneid. II. v. 496. *Non ſic, aggeribus ruptis cum ſpumeus amnis Exiit, oppoſitaſque euicit gurgite moles, Fertur in arua furens cumulo, campoſque per omnes Cum ſtabulis armenta trahit. Bircou.*

b Scribitur etiam μισγέγκειαν: vt ſignificetur locus, in quo μίσγεται τὰ ὄγκεα, i. e. in quo miſcentur, ſeu coniunguntur valles, conuallis. *Sylb.*

c "Ομβριμον in vulg. *Homeri* editionibus.

d Ἀντισηγιγμὰς] Vide *Longinum* §. 39. et *Dionyſium* ipſum p. 38. v. 9. [edit. Hudſ.]

e Il. φ. v. 240.

f Δεινὸν δ' ἀμφ' Ἀχιλῆα] Sic Virg. Aeneid. X. v. 305. de naue Tarchontis: *Soluitur, atque viros mediis exponit in vndis: Fragmina remorum quos et fluitantia tranſtra Impediunt, retrahitque pedem ſimul vnda relabens. Bircou.*

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

Ὣθει δ' ἐν σάκεϊ πίπτων ῥόος, ἀδὲ πόδεσσιν
Εἶχε [g] στηρίζεσθαι. —

ἀρατομένων δὲ περὶ πέτρας ἀνθρώπων, ψόφον τε καὶ μόρον οἰκτρὸν ἐνδεικνύμενος, ἐπὶ τῶν ἀηδεστάτων τε καὶ κακοφωνοτάτων χρονιεῖ γραμμάτων, ἀδαμῇ λειαίνων τὴν κατασκευήν, ἀδὲ ἡδύνων·

[h] Σὺν δὲ δύω μάρψας [i], ὥς τε σκύλακας, ποτὶ γαίῃ
Κόπτ'· ἐκ δ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέε, δεῦε δὲ γαῖαν.

πολὺ ἂν ἔργον εἴη λέγειν, εἰ πάντων παραδείγματα βυλοίμην φέρειν καὶ κατὰ τὸν τόπον τόνδε, ὧν ἄν τις ἐπαιτήσειεν· ὡς' ἀρκεσθεὶς τοῖς εἰρημένοις, ἐπὶ τὰ ἑξῆς μεταβήσομαι. Φημὶ δὲ, τὸν βυλόμενον [k] ἐργάσασθαι

Et clypeo incumbens vrgebat fluctibus amnis,
Nec poterat ſtabilire pedes.

Quorundam vero hominum, capitibus hinc illinc ad ſaxa allisis, fragorem et interitum miſerabilem oſtenſurus, inſuauiſſimis maleque ſonantibus literis immoratur; nuſquam ſtructuram laeuigat, nuſquam ſuauitate perfundit:

Prenſa manu, vt catulos, ſcopulis duo corpora fregit:
Fluxit humi cerebrum, et rorabat ſanguine tellus.

Immenſi laboris res eſſet, ſi omnium vellem exempla recenſere, quae huc pertineant, et a nonnullis fortaſſe repoſcantur. his igitur, quae dicta ſunt, contentus, ad reliqua tranſibo. Dico autem, eum, qui vult orationem quam pul-

g στηρίξασθαι in vulg. *Homeri* editt. probante *Vpton*, quod durius quiddam ſonet.

h *Odyſſ.* ι. v. 289. Vide *Virgilium* l. 5. *Aen.* v. 478.

i Σὺν δὲ δύω μάρψας] Virgil. Aeneid. III. v. 623. *Vidi ego-met, duo de numero cum corpora noſtro Prenſa manu magna, medio reſupinus in antro Frangeret ad ſaxum, ſanieque adſperſa natarent Limina: vidi, atro cum membra fluentia tabo Manderet, et tepidi tremerent ſub dentibus artus.* et Aeneid. I. v. 44. *Illum exſpirantem transfixo pectore flammas Turbine corripuit, ſcopuloque infixit acuto. Bircou.*

k Aoriſtus pro praeſenti tempore ponitur. Mox pro εἰς τοῦτο legendum forſan εἰς ταὐτὸ συνάγειν. verum haec ſententia luxata eſt, et verbum aliquod,

λέξιν καλὴν ἐν τῷ συντιθέναι τὰς φωνὰς, ὅσα καλλιλογίαν καὶ μεγαλοπρέπειαν, ἢ σεμνότητα, περιείληφεν ὀνόματα, εἰς τοῦτο συνάγειν. εἴρηται δέ τινα περὶ τούτων καὶ Θεοφράστῳ τῷ φιλοσόφῳ κοινότερον ἐν [l] τοῖς Περὶ Λέξεως, ἔνθα ὁρίζει, τίνα ὀνόματα φύσει καλά· παραδείγματος ἕνεκα, ὧν συντιθεμένων, καλὴν οἴεται καὶ μεγαλοπρεπῆ γενήσεσθαι τὴν φράσιν· καὶ αὖθις ἕτερα πικρὰ καὶ ταπεινὰ, ἐξ ὧν ὅτε ποίημα χρηστὸν ἔσεσθαί φησιν, ὅτε λόγον. καὶ μὰ Δία ἐκ ἀπὸ σκοπῆ ταῦτα τῷ ἀνδρὶ εἴρηται. εἰ μὲν οὖν ἐγχωροίη, πάντα εἶναι τὰ μόρια τῆς λέξεως, ὑφ' ὧν μέλλει δηλοῦσθαι τὸ πρᾶγμα, εὔφωνά τε καὶ καλλιῤῥήμονα, [m] μανίας ἔργον ζητεῖν τὰ χείρω· εἰ δ' ἀδύνατον εἴη τοῦτο, ὥσπερ ἐπὶ πολλῶν ἔχει, τῇ πλοκῇ καὶ μίξει καὶ παραθέσει πειρατέον ἀφανίζειν τὴν τῶν χειρόνων φύσιν. ὅπερ Ὅμηρος

pulcherrimam elaborare, in ſtruendis vocibus eiuſmodi nomina in vnum colligere debere, quae elegantiam, aut magnificum quiddam ac grande, prae ſe ferant. De quibus a Theophraſto philoſopho communius dictum eſt, in libello *de dictione:* quo ille, natura quae pulchrae ſunt voces, definit, (ex. gr. quibus coniunctis, pulchram euaſuram arbitratur et magnificam locutionem) et quaedam e contra vocabula eſſe omnino humilia atque abiecta, a quibus nec poëma, nec orationem vllius pretii conſtitui poſſe aſſerit. nec mehercule abs re haec literis vir ille prodidit. Nam ſi ita res haberet, vt omnes orationis partes, quibus vitae negotia exprimantur, ſonorae fuerint et venuſtate plenae, amentiae eſſet deteriores quaerere: ſin vero id fieri nequit, vt in multis accidit, implicatione, miſtura, ac ſitu, deterrimarum, quantum poteſt, natura eſt obſcuranda. id quod Homerus

quod, puta δεῖν, a quo pendeat Infinit. συνάγειν, deſideratur. *Vpt.*

l Huius meminit et in *Lyſia*: quin et *Demetrius* §. 175. ex hoc *Theophraſti* (vt videtur) libello ἀποσπασμάτιον quoddam affert.

m Parum comta videtur haec lectio, quam luxatam arbitror. Locus erit facilior multo, ſi quis hoc modo legat: μανίας ἂν εἴη ἔργον ζητεῖν, ſeu μανίας ἂν ἔργον εἴη ζητεῖν τὰ χείρω, εἴη mox poſt ἀδύνατον e contextu ſublato. *Vpt.*

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

εἴωθεν ἐπὶ πολλῶν ποιεῖν. εἰ γάρ τις ἔροιτο ὁντινῶν τῶν ποιητῶν, ἢ ῥητόρων, τίνα σεμνότητα, ἢ καλλιλογίαν, ταῦτα ἔχει τὰ ὀνόματα, ἃ ταῖς Βοιωτίας κεῖται πόλεσιν, Ὑρία, καὶ Μυκαλησσὸς, καὶ Γραῖα, καὶ Ἐτεωνὸς, καὶ Σκῶλος, καὶ Θίσβη, καὶ Ὀγχηστὸς, καὶ Εὔτρησις, καὶ τἆλλα ἑξῆς, ὧν ὁ ποιητὴς μέμνηται, οὐδεὶς ἂν εἰπεῖν οὐδ' ἡντινῶν ἔχοι. ἀλλ' ὅτως αὐτὰ καλῶς ἐκεῖνος [p] συνύφανεν, καὶ παραπληρώμασιν εὐφώνοις διείληφεν, ὥστε μεγαλοπρεπέστατα φαίνεσθαι τῶν ὀνόματα· Βοιωτῶν μὲν Πηνέλεως [o] καὶ Λήϊτος ἦρχον,

rus paſſim ſolet facere. Nam ſi poëtarum, aut rhetorum, quemuis interroges, quam tandem dignitatem, aut pulchritudinem habeant vocabula, Boeotiae ciuitatibus impoſita, Hyria, Mycaleſſus, Graea, Eteonus, Scolus, Thisbe, Onchestus, Eutreſis, et alia deinceps, quorum poëta meminit; ne minimam quidem vel vnus eorum his nominibus ineſſe reſponderet. quae tamen omnia adeo pulchre contexuit, adeo ſonoris verborum complementis diſtincta illuminauit, vt ipſa etiam ampliſſima videantur et magnifica:

Agmina Boeorum, bello fortiſſima, ducunt,
Pene-

n Maior erit temporum ſimilitudo, ſi legas συνύφαγκεν: vt [*Reg.* 1. et *Colb.* et] infra §. 18. ἀλλ' εὖ συγκεκρύφασιν αὐτὰς καὶ συνυφάγκασι. Ibidem paullo ante nota, minorem Boeoticorum oppidorum a *Dionyſio* poni numerum, quam paullo poſt in *Homerico* catalogo: et contra Θίσβην atque Ὀγχηστὸν a *Dionyſio* memorari, quarum hic nulla fit mentio. Sed hic meminiſſe non integrum in vulgatis *Dionyſii* Editionibus citari locum, atque addi poſſe ſeptem hos ex *Homeri* exemplaribus verſus; hos ſcilicet: „Κώπας, Εὐτρησίν τε, πολυτρήρωνά τε Θίσβην, „Οἵ τε Κορώνειαν, καὶ ποιήενθ' Ἁλίαρτον, Οἵ τε Πλάταιαν ἔχον, ἠδ' οἳ Γλίσσαν τ' ἐνέμοντο. „Οἵ θ' Ὑποθήβας εἶχον, εὐκτίμενον πτολίεθρον, „Ὀγχηστόν θ', ἱερὸν Ποσιδήϊον, ἀγλαὸν ἄλσος. „Οἵ τε πολυστάφυλον Ἄρνην ἔχον οἵ τε Μιδείαν, „Νίσσαν τε ζαθέην, Ἀνθηδόνα τ' ἐσχατόωσαν. *Sylb.*

o Βοιωτῶν μὲν Πηνέλεως] Sic Virg. Georg. 4. v. 334. —*Eam circum Mileſia vellera Nymphae Carpebant, hyali ſaturo fucata colore: Drymoque, Xanthoque, Ligeaque, Phyllodoceque, Caeſariem effuſae nitidam per candida*

Ἀρκεσίλαός τε, Προθοήνωρ τε, Κλόνιός τε·
Οἵ θ' Ὑρίην ἐνέμοντο, καὶ Αὐλίδα πετρήεσσαν,
Σχοῖνόν τε, Σκῶλόν τε, πολύκνημόν τ' Ἐτεωνὸν.
Θέσπειαν, Γραῖάν τε, καὶ εὐρύχορον Μυκαλησσόν·
Οἵ τ' ἀμφ' Ἄρμ' ἐνέμοντο, καὶ Εἰλέσιον, καὶ Ἐρυθράς·
Οἵ τ' Ἐλεῶν' εἶχον, ἠδ' Ὕλην, καὶ Πετεῶνα,
Ὠκαλέην, Μεδεῶνά τ', εὐκτίμενον πτολίεθρον.

[p] ἐν εἰδόσι λέγων οὐκ οἴομαι πλειόνων δεῖν παραδειγμάτων. ἅπας ἐστὶν ὁ κατάλογος [q] αὐτῶν τοιῶτος, καὶ πολ-

Peneleuſque duces et Leïtus, ordine primi,
Arceſilauſque, Prothoënorque, Cloniuſque;
Quique Hyrien coluere, ac Aulidis aſpera ſaxa,
Qui Schoenum, qui Scolum, moniioſamque Eteonum,
Theſpiam, Graeamque, et qua ſpatia ampla tenebant
Antiquae Mycaleſſi; qui lero nobile vatis
Argiui Harma, vrbes et Erythras Ileſiumque;
Quique Eleona habuere, atque Hylen, et Peteona,
Ocalean, et qui muris Medeona ſuperbam.

Cum autem ad intelligentes loquar, pluribus exemplis vti non neceſſe exiſtimo. Eſt enim tota enumeratio eiuſmodi, vt et multa

da colla: Neſaee, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque, Cydippeque, et flaua Lycorias; altera virgo, Altera tum primos Lucinae experta labores: Cliomene et Beroë ſoror, Oceanitides ambae, Ambae auro, pictis incinctae pellibus ambae; Atque Ephyre, atque Opis, et Aſia Deïopea; Et tandem poſitis velox Arethuſa ſagittis. et Aeneid. II. v. 261. *Theſſandrus, Sthenelusque, duces, et dirus Vlyſſes, Demiſſum lapſi per funem, Acamaſque, Thoaſque, Pelidesque Neoptolemus, primuſque Machaon, Et Menelaus, et ipſe doli fabricator Epeos.* et lib. VII. v. 710. *Vna ingens Amiterna cohors, priſcique Quirites, Ereti manus omnis, oliuiferaeque Mutuſcae: Qui Nomentum vrbem, qui roſea rura Velini, Qui Tetricae horrentis rupes, montemque Seuerum, Caſperiamque colunt, Foruloſque, et flumen Himellae: Qui Tiberim Fabarimque bibunt, quos frigida miſit Nurſia, et Hortinae claſſes, populique Latini: Quoſque ſecans infauſtum interluit Allia nomen. Bircou.*

p Vide *Var. Lect.* ad *Tom. priorem* p. 2126. v. 2.

q Locutio infrequentior pro αὐτὸς τοιοῦτων. *Vpt.*

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

λὰ ἄλλα, ἐν οἷς ἀναγκασθεὶς ὀνόματα λαμβάνειν ἃ καλὰ τὴν φύσιν, ἑτέροις αὐτὰ κοσμεῖ καλοῖς, καὶ λύει τὴν ἐκείνων δυσχέρειαν τῇ τούτων εὐμορφίᾳ. καὶ περὶ μὲν τούτων ἄλις.

ιζ. Ἐπεὶ δὲ [r] τὰς ἀριθμὰς ἔφην ἃ μικρὰν μοῖραν ἔχειν τῆς ἀξιωματικῆς καὶ μεγαλοπρεπῆς συνθέσεως, ἵνα μή μέ τις εἰκῇ δόξῃ λέγειν, ῥυθμὰς καὶ μέτρα μουσικῆς οἰκεῖα θεωρίας, εἰς ἃ ῥυθμικὴν, ἀδ' ἔμμετρον εἰσάγοντα διάλεκτον, ἀποδώσω καὶ τὸν ὑπὲρ τούτων λόγον. ἔχει δὲ ὅτως· Πᾶν ὄνομα καὶ ῥῆμα καὶ ἄλλο μόριον λέξεως, ὅ τι μὴ μονοσύλλαβόν ἐστιν, ἐν ῥυθμῷ τινι λέγεται· τὸ δ' αὐτὸ καλῶ πόδα καὶ ῥυθμόν[s].

[t] Δισυλλάβῳ μὲν ἓν λέξεως διαφορὰ τρεῖς. ἢ γὰρ

multa alia; in quibus coactus verba assumere natura minime pulchra, aliis pulchrioribus ea exornat, illorumque asperitatem horum venustate diluit. Sed de his quidem satis.

De numeris orationis.

XVII. Quoniam vero ad grandem orationis compositionem et magnificam dixerim numeros non parum conferre; ne quis forte me temere id dixisse arbitretur, qui numeros et metra, speculationis musicae propria, sermoni *prosaïco*, et numeros et metra respuenti, obtrudam, de his etiam consilii rationem reddam. Sic autem se res habet: Omne nomen et verbum et quaeuis alia pars orationis, modo non sit monosyllaba, numero quodam profertur. idem vero et pedem et rhythmum voco.

Disyllabae quidem vocis tres sunt differentiae. aut enim vtrisque

[r] Τὰς ῥυθμὰς *Reg.* 1. et *Colb.*

[s] Τὸ δ' αὐτὸ καλῶ πόδα καὶ ῥυθμόν] Dicam falli eos, et in iis *Halicarnassenm*, qui existimant, rhythmum et pedes idem esse, vt constat ex *Longino* §. 38. vbi dicit, rhythmos dactylicos esse ψήφισμα, et τῇ πόλει etc. quum dactyli non sint. Videlicet longe alia res est μέτρον, longe alia ῥυθμὸς, qui plerumque ex pronunciatione nascitur. *Faber.* Vide etiam *Dacerii* notas, et *Vossium* de Poëmatum cantu.

[t] De pedibus, siue numeris orationis agunt (sed aliquanto breuius) *Arist.* Rhet. l. 3. c. 8. *Cicero* de Orat. l. 3. et *Quinctilianus*; obiterque *Dion. Longinus* §. 40. *Vpt.*

ἐξ ἀμφοτέρων ἔσαι βραχειῶν, ἢ ἐξ ἀμφοτέρων μακρῶν, ἢ τῆς μὲν βραχείας, τῆς δὲ μακρᾶς. τὸ δὲ τρίτον τούτου τῷ ῥυθμῷ διτ]ὸς ὁ τρόπος· ὁ μέν τις [u] ἀπὸ βραχείας, καὶ λήγων εἰς μακράν· ὁ δ' ἀπὸ μακρᾶς, καὶ λήγων εἰς βραχεῖαν. ὁ μὲν οὖν βραχυσύλλαβος, [x] Ἡγεμών τε καὶ [y] Πυρρίχιος καλεῖται, καὶ ὅτε μεγαλοπρεπής ἐστιν, ὅτε σεμνός· σχῆμα δ' αὐτοῦ τοιόνδε·

Λέγε δὲ σὺ [z] κατὰ πόδα νεόλυτα μέλεα.

ὁ δ' ἀμφοτέρας τὰς συλλαβὰς μακρὰς ἔχων, κέκληται μὲν Σπονδεῖος, ἀξίωμα δ' ἔχει μέγα καὶ σεμνότητα πολλήν· παράδειγμα δ' αὐτοῦ τόδε·

[a] Ποίαν δήθ' ὁρμάσω[b], ταύταν, ἢ κείναν, κείναν, ἢ ταύταν;

vtrisque constat breuibus, aut vtrisque longis; aut altera longa, altera breui. Huius autem tertii pedis duplex est forma: aut enim a breui incipit, et in longam syllabam desinit; aut incipit a longa, et in breuem desinit. Pes autem, qui e duabus breuibus constat, vocatur Hegemon, siue Pyrrichius: numerus nec magnificus, nec grauis. Haec eius figura:

Tu vero refer e vestigio recens soluta membra.

Qui vero vtramque habet longam, Spondeus appellatur; ac magnificum habet incessum et plenum grauitatis. Exemplum illius hoc sit:

Qua tandem via me propere conferam? hac, an illa: illa, an hac?

At

[u] Ἀπὸ βραχείας ἀρχόμενος, *Colb.*

[x] Huius nominis rationem tradit *Dionysius* in libello περὶ τῆς Δημοσθένους δεινότητος, p. 192. iuxta *Ed. Sylb.*

[y] De Pyrrichio, Spondeo etc. vide *Vossium* de Poëmatum cantu, p. 6. etc.

[z] Λέγε δὲ σύ.] Simile carmen ex pyrrhichiis apud Marium Victorinum lib. III. *Id agite, peragite celeriter. Birc.*

[a] En loci ex *Euripidis* Hecuba consimiles: v. 163. Ποίαν, ἢ ταύταν, ἢ κείναν „Στείχων; — v. 1060. Ποίαν, ἢ ταύταν, ἢ τάνδ' ἐξαλλάξω. *Vpt.*

[b] Ποίαν δήθ' ὁρμάσω.] Sic ille versus Ennii ex puris spondeis: *Olli respondit rex Albai longai.* et Lucretii lib. VI. v. 1133. *An coelum nobis naturam intro corruptam. Birc.*

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

ὁ δ' ἐκ βραχείας τε καὶ μακρᾶς συγκείμενος, ἐὰν μὲν τὴν ἡγεμένην λάβῃ βραχεῖαν, Ἴαμβος καλεῖται, καὶ [c]ἄκ" ἔστιν ἀκ ἀγενής· ἐὰν δ' ἀπὸ τῆς μακρᾶς ἄρχηται, τροχαῖος, καὶ ἔστι μαλακώτερος θατέρᾳ καὶ ἀγενέστερος· παράδειγμα δὲ τῶ πρότερα τοιόνδε·

Ἐπεὶ σχολὴ[d] πάρεστι, πᾶ Μενοιτίᾳ.

τῶ δ' ἑτέρᾳ·

[e]Θυμὲ, θύμ' [f]ἀμηχάνοισι κήδεσι κυκώμενε.

δισυλλάβων μὲν δὴ μορίων λέξεως διαφορά τε καὶ ῥυθμοὶ καὶ σχήματα τοσαῦτα· τρισυλλάβων δ' ἕτερα πλείω τῶν εἰρημένων, καὶ ποικιλωτέραν ἔχοντα θεωρίαν. ὁ μὲν γὰρ ἐξ ἁπασῶν βραχειῶν συνεστὼς, καλούμενος δὲ ὑπό τινων[g] Χορεῖος", Τρίβραχυς πάς· ἧ παράδειγμα τοιόνδε·

At qui e longa et breui conſtat, ſi breuem praeeuntem acceperit, vocatur Iambus, pes in primis generoſus: ſin a longa inceperit, Trochaeus, priore multo mollior, nec ita generoſus. Prioris exemplum eſt huiuſmodi:

Vacat, Patrocle, mens mihi a negotiis.

hoc vero alterius:

Vita, vita macerata maximis doloribus.

Pedes triſyllabi. Diſſyllabarum itaque dictionum differentiae, pedes, et figurae totidem ſunt: aliae vero triſyllabarum; quae plures praecedentibus et multo fuſiorem admittunt conſiderationem. Nam qui totus e breuibus conſtat, vocatus a quibuſdam Choreus, pes Tribrachys, (cuius hoc exemplo eſt:

Bromie,

c Deeſt *Reg.* 1. et *Colb.*

d Ἐπεὶ σχολή.] Horat. Epod. 2. *Beatus ille, qui procul negotiis. Bircou.*

e Exſtat hic *Archilochi* verſus cum paucis aliis apud *Stobaeum* ἐν τῷ περὶ Ὀργῆς. *Vpt.*

f Θυμὲ θύμ'.] Exemplum trochaeorum erit in illo carmine Marii Victorini, lib. I. *Roma, Roma, cerne, quanta ſit deum benignitas.* et lib. II. *Phoebe, tu lyra ſonante, flecte corda, cum ſorore canticiſque.*

g Abeſt *Reg.* 1. et *Colb.*

h Βρ-

[h]Βρόμιε, [i]δορατοφόρε, ἐνυάλιε, πολεμοκέλαδε· ταπεινός τε καὶ ἄσεμνός ἐστι [k]καὶ ἀγενὴς", καὶ ὀδὲν ἂν ἐξ αὐτῶ γένοιτο γενναῖον. ὁ δ' ἐξ ἁπασῶν μακρῶν, Μολοτ]ὸν δ' αὐτὸν οἱ μετρικοὶ καλοῦσιν, ὑψηλός τε καὶ ἀξιωματικός ἐστι καὶ διαβεβηκὼς ὡς ἐπὶ πολύ· παράδειγμα δ' αὐτῶ τόδε·

[l]Ὦ Ζηνὸς καὶ Λήδας κάλλιστοι σωτῆρες.

ὁ δ' ἐκ μακρᾶς καὶ δυοῖν βραχειῶν, μέσην μὲν λαβὼν τὴν μακρὰν [m]ἑκατέρας τῶν βραχειῶν, Ἀμφίβραχυς ὠνόμασται· καὶ ὀ σφόδρα τῶν εὐσχημόνων ἐστὶ ῥυθμῶν, ἀλλὰ διακέκλασταί τε καὶ πολὺ τὸ θῆλυ καὶ ἀγενὲς ἔχει· οἷά ἐστι ταυτί·

Bromie, Thyrſiger, Martie, belli ſtrepitu gaudens) abiectus eſt, et nullius aut grauitatis, aut ponderis; ex quo nihil generoſum fieri poſſit. Qui vero ex omnibus longis conſtat, quem Moloſſum rerum metricarum ſcriptores appellant, ſublimis eſt, et dignitatem habet, latis vt plurimum paſſibus incedens. Exemplum illius:

O fratres Ledaei, ſeruatores optimi.

Qui longa et duabus conſtat breuibus, ſi mediam acceperit longam, et vtrinque breues, Amphibrachys dicitur, numeros inter elegantes vix habendus; nam fractus eſt, et multum in ſe muliebre continet, multum ignobile: qualia ſunt haec:

Iacche

h Βρόμιε δορατοφόρε] Apud Marium Victorinum ſunt tribrachi, ſeu proceleuſmatici, in his: *Nemus aue reticuit, ager homine ſonat. Perit, abit cuipedis animula leporis. Birc.*

i Si cum apoſtropho legas δορατοφόρ', erit iuſta metri definentia. Sic paullo infra, vt iuſta fiat deſinentia, legendum videtur διράμβε, expuncta ſyllaba θυ; vt Bacchus dicatur διράμβος ex eo, quod, cum immaturus a Semele per abortum eſſet editus, Διὸς ἐνεῤῥαμμένος μηρῷ, ita demum ad maturitatem eſt perductus. vel quaſi διὶς ἐῤῥαμμένος: primum ſcilicet Semeles vtero, deinde Iouis femori inſutus. *Sylb.*

k Non agnoſcunt *Reg.* 1. et *Colb.*

l Ὦ Ζηνὸς] Moloſſi in hoc carmine apud Mar. Victor. I. libro: *Ite, o Parcae primores fauſtae, nunc Parcas ducentes. Bircou.*

m Ἐξ ἑκατέρας malit *Vpt.*

n Ἰαμ-

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

Ἴακχε διθύραμβε[n], σὺ τῶνδε χοραγέ.

ὁ δὲ προλαμβάνων τὰς δύο βραχείας, Ἀνάπαιστος μὲν καλεῖται, σεμνότητα δ' ἔχει πολλήν· καὶ, ἔνθα δεῖ μέγεθος περιθεῖναι τοῖς πράγμασιν, ἢ πάθος, ἐπιτήδειός ἐστι παραλαμβάνεσθαι· τάττε τὸ σχῆμα τοιόνδε.

Βαρύ μοι[p] κεφαλῆς ἐπίκρανον ἔχει.

ὁ δ' ἀπὸ τῆς μακρᾶς ἀρχόμενος, λήγων δ' ἐς τὰς βραχείας, [q]Δακτυλικὸς μὲν καλεῖται, πάνυ δ' ἐστὶ σεμνὸς, καὶ εἰς κάλλος ἁρμονίας ἀξιολογώτατος, καὶ τόγε ἡρωϊκὸν μέτρον ἀπὸ τάττε κοσμεῖται ὡς ἐπὶ τὸ πολύ· παράδειγμα δ' αὐτῆ τόδε.

[r]Ἰλιόθεν με[s] φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν.

Iacche dithyrambe, qui hos choro praeis.

At qui duas initio breues ceperit, Anapaeſtus vocatur. Pes in primis grauis; et, ſicubi magnitudo rebus fuerit adhibenda, aut affectus maiores excitandi, nullus eo numerus poteſt accipi accommodatior. Huius figura talis eſt:

Graue eſt mihi, capitis geſtare ornamentum.

Sed pedi, qui a longa exorſus breuibus duabus terminatur, nomen eſt Dactylo. Hic grauitate eximia praeditus, quam plurima ad felicem ſtruendae orationis venuſtatem confert, maximum heroici carminis ornamentum. Eius exemplum eſt:

Ad Ciconas tulit Iliacis celer Eurus ab oris.

Metrici

n Ἴακχε διθύραμβε] Sic illi apud Virgil. Ecl. VIII. ex Amphibrachis conſtabunt: — *Ab vrbe domum, mea carmina, ducite Daphnim. Bircou.*

o Ex *Euripidis* Hippolyto, v. 201.

p Βαρύ μοι] Cicero anapaeſtis vtitur: *Tibi cauſam aliquam reditus darem.* purum anapaeſticum apud Marium Victorinum tale eſt: *Niter aurea purpurea Veneris coma roſcida, lactea cervix.*

q Pro δακτυλικὸς ſequenti Sect. legitur δάκτυλος, ὁ δ' ἑξῆς δάκτυλος: itidemque §. 20. οἱ δ' ἄλλοι πάντες σὶσὶ δάκτυλοι; et alibi. excuſari tamen et haec lectio poteſt, vt infra ſequenti Sect. ἐν ᾗ μήτε πυῤῥίχιός ἐστι πους, μήτ' ἰαμβικός: vbi ἰαμβικὸς legitur, ſubaudito ſubſtantiuo nomine πούς. *Sylb.* Δάκτυλος *Reg.* I.

r Ex *Odyſſ.* ι. v. 40.

s Ἰλιόθεν με] Ex dactylis illud Virg. Aen. IX. v. 503. con-

οἱ [t]μέντοι ῥυθμικοὶ τάττε τῆ ποδὸς τὴν μακρὰν βραχυτέραν εἶναί φασι τῆς τελείας· ἐκ ἔχοντες δ' εἰπεῖν πόσῳ, καλοῦσιν αὐτὴν ἄλογον[u]. ἕτερον δ' ἀντίστροφόν τινα τάττῳ ῥυθμὸν, ὃς ἀπὸ τῶν βραχειῶν ἀρξάμενος ἐπὶ τὴν ἄλογον τοῦτον [x]τελευτᾷ, χωρίσαντες ἀπὸ τῶν ἀναπαίστων, κύκλον[y] καλοῦσι· παράδειγμα αὐτῆ φέροντες τοιόνδε.

Κέχυται πόλις ὑψίπυλος κατὰ γᾶν.

περὶ ὧν ἂν ἕτερος εἴη λόγος. πλὴν ἀμφότεροί γε τῶν πάνυ καλῶν οἱ ῥυθμοί. ἐν ἔτι λείπεται τρισυλλάβων ῥυθμῶν γένος, ὃ συνέστηκε μὲν ἐκ δύο μακρῶν καὶ βραχείας, τρία δ' ἔχει σχήματα· μέσης μὲν γὰρ γενομέ-

Metrici quidem ſcriptores longam huius pedis ſyllabam perfecta breuiorem eſſe dicunt: cum vero, quantum abſit, nequeant dicere, * irrationalem nuncupant. Alium porro pedem, huic altera ex parte quaſi reſpondentem, qui a breuibus exorſus hac terminatur irrationali, quem etiam ab Anapaeſto diuerſum volunt, appellant Circulum, hoc ipſius allato exemplo:

Aequata ſolo eſt vrbs altis portis ornata.

Sed de his alius forte dicendi locus. Veruntamen vtrique inter pedes pulcherrimi ſunt. Vnum adhuc reſtat pedum triſyllaborum genus, quod e duabus conſtat longis et vna breui, cuius tres ſunt formae. Nam cum media breuis eſt et extre-

conſtat: *At tuba terribilem ſonitum procul aere canoro.* et illud Georg. lib. III. v. 284. *Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus. Bircou.*

t Οἱ μὲν ῥυθμικοὶ *Colb.*

u Ἄλογον] *Sc.* improportionatam, ſeu non debita proportione longam, qualis hic in capite verſus dactylici ſperari poſſet.

* *Al.* tacitum.

x Τελευτᾷ videtur hic actiue vſurpatum, pro τελευτᾶν ποιεῖ, *deſinere facit. Sylb.* Hac in re *Sylburgio* non aſſentior, qui τελευτᾷ actiue ſumi putat. nam pro τοῦτον legendum eſt ταύτην potius, ſubaudiendo συλλαβήν. *Vpt.* Ἐπί τινα τὴν ἄλογον τελευτᾷ *Colb.*

y Κύκλον] Forte κῶλον legendum. Quippe quod innuit, hoc eſt, longam Anapaeſti ſyllabam vltimam quaſi claudicare, vtpote longam quidem, ſed minus longam, quam oportuit.

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

νης τῆς βραχείας, ἄκρων δὲ τῶν μακρῶν, Κρητικός τ
λέγεται, καὶ ἔστιν ἐκ ἀγενής· ὑπόδειγμα δ' αὐτῆ τοιόνδε
Οἱ δ' ἐπείγοντο[z] πλωταῖς ἀπήνῃσι χαλκεμβόλοισι
ἐὰν δὲ τὴν ἀρχὴν[a] αἱ δύο μακραὶ κατάσχωσι, τὴν δ
τελευτὴν βραχεῖα· οἷά ἐστι ταυτί·
Σοὶ, Φοῖβε Μοῦσά τε, συμβῶμεν·
[b]ἀνδρῶδες δὲ πάνυ τοῦτο σχῆμα, καὶ εἰς σεμνολογία
ἐπιτήδειον. τὸ δ' αὐτὸ συμβήσεται, κἂν ἡ βραχεῖα

extremae longae, appellatur Creticus; eſtque non ignobilis
Exemplum autem iſtiuſmodi eſt:
Hi vero contendebant ratibus nauigationi aptis, aereis roſtris.
Quod ſi principium duae occupauerint longae, finem breuis
(cuiuſmodi ſunt:
Tecum, Phoebe Muſaeque, ineamus gratiam)
virilis admodum erit haec forma, et ad dignitatem oration
conciliandam accommoda. Idem eueniet, ſi breuis initi
duabu

z Οἱ δ' ἐπείγοντο] Sic Cretici apud Terentium in Andria, Act. 4. Sc. 1. v. 8. licet quarto in loco reſoluitur: *Tum coacti neceſſario ſe aperiunt: et timent. Bircou.*

a Ἐὰν δὲ τὴν ἀρχὴν] Rufinus de metris Comicis: *Ful. Cariſius de numeris Comicis ſic dicit: Bacchium metrum tale eſt: Bacchare, laetare, praeſente Frontone.* Porro exemplum Antibacchii habes apud Marium Victorinum lib. II. in hoc carmine; ſed tantum in primis tribus pedibus: *Ab Euro ſonorum, qui Aetnae per maria. Bircou.*

b Legendum videtur ἀνδρῶδές τε: aut δὲ redditiue accipienda eſt: vel comma vnum et alterum deeſt. In ſequent vulgati libri corrupte haben εἰς σεμνότητος λογίαν: qua de r monuit etiam *Henricus Stephanus* Schediaſmatum libro 2 c. 14. Σεμνολογίας autem voca bulo ſupra quoque vſus eſt *Dionyſius* §. 11. καὶ τὸ βάρος, καὶ τ σεμνολογίαν: et infra aliquoties Sequens locus citatur a *Petro Victorio*, Var. lect. l. 4. c. 1 vbi notat, pedem, quem *Quin Ctilianus* Bacchium appellat, *Dionyſio Halicarnaſſeo* Hypo bacchium vocari. *Sylb.* Sam eſt haec lectio. particula ἀ multo eſt ἐμφατικωτέρα: ac dicas: *enimuero, in primis.* qu ſublata, ſua etiam orationi dee rit elegantia. *Vpt.*

c Poſ

πρώτη τεθῇ τῶν μακρῶν. [c]καὶ γὰρ ἕτος ὁ ῥυθμὸς ἀξίωμα ἔχει καὶ μέγεθος· παράδειγμα δ' αὐτῆ τόδε·
Τίν' ἀκτὰν, τίν' ὕλαν δράμω; ποῖ πορευθῶ;
τούτοις ἀμφοτέροις ὀνόματα [d]κεῖται ῥυθμοῖς ὑπὸ τῶν μετρικῶν, [e]Βακχεῖος μὲν τῷ πρότερῳ, θατέρῳ δὲ Ὑποβάκχειος. ἕτοι δώδεκα ῥυθμοί τε καὶ πόδες εἰσὶν οἱ πρῶτοι καταμετροῦντες ἅπασαν ἔμμετρόν τε καὶ ἄμετρον λέξιν, ἐξ ὧν γίνονται στίχοι τε καὶ κῶλα. οἱ γὰρ ἄλλοι ῥυθμοὶ καὶ πόδες πάντες ἐκ τούτων εἰσὶ σύνθετοι. ἁπλοῦς δὲ ῥυθμὸς, ἢ πὲς, ἔστ' ἐλάττων ἐστὶ δυοῖν συλλαβῶν, ἔστε μείζων τριῶν. καὶ περὶ μὲν τούτων ἐκ οἶδα ὅ τι δεῖ πλείω λέγειν.
ιή. [f]Ὧν δὲ ἕνεκα νῦν ὑπῆχθην ταῦτα προεισπεῖν· ἐ γὰρ δὴ τηνάλλως γέ μοι πρόκειτο [f]ῥυθμῶν τε καὶ με-

duabus longis praeponatur. ſuam etenim dignitatem hic numerus habet atque amplitudinem. En illius exemplum:
Quod tandem ad litus, quam ſyluam curram? quo me conferam?
Horum vtrique ſua nomina impoſuerunt rerum metricarum ſcriptores; illo ſcilicet Bacchio, hoc Hypobacchio appellato. Hi vero, ſeu rhythmi, ſeu pedes, numero duodecim, primi ſunt, qui omnem emetiuntur orationem, tam vinctam, quam ſolutam, ex quibus et verſus et membra proficiſcuntur. nam reliqui omnes numeri et pedes ſunt ex his compoſiti. Rhythmus autem ſimplex, ſiue pes, neque minor eſt duabus ſyllabis, neque tribus maior. Ac de his quidem haud ſcio quid amplius dicendum ſit.
XVIII. At vero qua cauſa inductus ſum ad haec praefanda, (neque enim temere praecepta, ad numeros et res metricas *Numerorum vis et poteſtas.*

c Poſſis etiam legere καὶ γὰρ καὶ ἕτος. *Sylb.*
d Κεῖται τοῖς ποσὶν ὑπὸ τῶν *Reg.* 1. et *Colb.*
e Quem *Dionyſius* Βακχεῖον hic vocat, *Hephaeſtionis Scholiaſtes* p. 82. παλιμβάκχειον nominat. tradit enim, τὸν ἐκ βραχείας καὶ δύο μακρῶν appellari βακχεῖον: a quibuſdam etiam ὑποβάκχειον. Βακχεῖον autem ex eo vocatum ſcribunt, quoniam dithyrambici poëtae hymnos in Bacchum plerumque iſto metri genere contexuerint. *Sylb.*
f Poſſis etiam legere ῥυθμικῶν, vt ſequitur καὶ μετρικῶν. *Sylb.*

g Συμ-

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

τρικῶν ἅπτεσθαι θεωρημάτων, ἀλλὰ τῶ ἀναγκαίως ἔνε-
κα· ταῦτά ἐστιν, ὅτι διὰ τῶν γενναίων καὶ ἀξιωματικῶν
καὶ μέγεθος ἐχόντων ῥυθμῶν ἀξιωματικὴ γίνεται σύν-
θεσις καὶ βεβαία καὶ μεγαλοπρεπής, διὰ δὲ τῶν ἀγε-
νῶν καὶ ταπεινῶν ἀμεγέθης καὶ ἄσεμνος, ἐάν τε καθ'
ἑαυτὸς ἕκαστοι τούτων λαμβάνωνται τῶν ῥυθμῶν, ἐάν τε
ἀλλήλοις κατὰ τὰς ὁμοζυγίας[g] συμπλέκωνται. εἰ μὲν
οὖν [h]ἔσαι δύναμις ἐξ ἁπάντων τῶν κρατίστων ῥυθμῶν
συνθεῖναι τὴν λέξιν, ἔχοι ἂν ἡμῖν κατ' εὐχήν· εἰ δ' ἀναγ-
καῖον εἴη μίσγειν τοῖς κρείττοσι τὰς χείρονας, ὡς ἐπὶ πολ-
λῶν γίνεται· τὰ γὰρ ὀνόματα ἔγκειται τοῖς πράγμασιν,
ὡς ἔτυχεν· οἰκονομεῖν αὐτὰ χρὴ φιλοτέχνως, καὶ δια-
κλέπτειν τῇ χάριτι τῆς συνθέσεως τὴν ἀνάγκην, ἄλλως
τε καὶ πολλὴν τὴν ἄδειαν ἔχοντας. ἀδὲ γὰρ [i]ἀπο-
λαύεται ῥυθμὸς ἀδεὶς ἐκ τῆς ἀμέτρου λέξεως, ὥσπερ
ἐκ τῆς ἐμμέτρου.

tricas pertinentia, propoſui mihi tractanda, ſed omnino neceſſitatis gratia) conſilii mei haec ratio fuit: *ſc.* quod generoſos propter numeros, graues et ampliſſimos, prodit ſtructura maieſtatis plena, ſtabilis et magnifica; propter ignobiles et abiectos exilis inde fit et contemnenda, ſeu per ſe numerorum accipiantur ſinguli, ſeu mutua connexione ſibi inuicem implicentur. * Quod ſi in noſtra foret poteſtate, totam ex numeris praeſtantiſſimis orationem componere, pulchre ex voto res ſuccederet: cum vero nobis neceſſe ſit, deteriores praeſtantioribus, vt ſaepe accidit, immiſcere, (rebus enim ſua nomina fortuito imponuntur) ita oportet cum artificio diſponamus, vt compoſitionis venuſtate ipſa obſcuretur neceſſitas, idque etiam magna libertate vſi. Neque enim vllus omnino pes, quemadmodum ex ligata, ita ex oratione ſoluta excluditur.

Eorum

g Συμπλέκοντες *Reg.* 1. et *Colb.*

h Pro ἔσαι legendum fortaſſe εἴη, et mox ἔσαι pro εἴη. ſimili ſenſu ſupra (§. 16.) dixerat: εἰ μὲν ἦν ἐγχωρίη. *Vpt.*

* *Al.* Si igitur facultas erit etc.

i Ἀπελαύνεται *Reg.* 1. et *Colb.* quo modo legendum eſſe monuerunt *Wolfius* et *Sylb.*

k Ma-

Μαρτύρια δὲ, ὧν εἴρηκα, παραθεῖναι λοιπὸν, ἵνα
μοι καὶ πίστιν ὁ λόγος λάβῃ. [k]ἔστι δ' ὀλίγα περὶ πολ-
λῶν. φέρε δὴ, τίς ἂν οὐκ ἂν ὁμολογήσειεν, ἀξιωματικῶς
τε συγκεῖσθαι καὶ μεγαλοπρεπῶς τὴν Θουκυδίδου λέξιν
τὴν ἐν τῷ ἐπιταφίῳ ταύτην; „[l]Οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἐν-
θάδε [m]ἤδη εἰρηκότων ἐπαινοῦσι τὸν προσθέντα τῷ νόμῳ

Eorum, quae dixi, teſtimonia proferre reliquum eſt, quo maiorem auctoritatem habeat oratio. de multis vero pauca. Age igitur, ecquis non fatebitur, ſumma dignitate atque amplitudine eſſe illam Thucydidis orationem in *Laudatione funebri*? „Multi quidem eorum, qui ex hoc loco verba iam fecerunt, eum laudant, qui hanc oratio-

k Malim ἔσαι. *Vpt.*

l Ex initio concionis p. 103. *Ed. Oxon.*

m Οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἐνθάδε] Apud Liuium primam periodum elegantiſſimam dicere poſſumus, propter pedes, ex quibus conficitur, elegantes. Nam et quidam non admodum videantur exornare orationem; tamen adeo quorundam bonitate vincuntur, vt non appareant. Eſt igitur principium hiſtoriae eius: *Facturuſne operae pretium ſim, ſi a primordio Vrbis res Populi Romani perſcripſerim; nec ſatis ſcio: nec, ſi ſciam, dicere auſim. Quippe qui quum veterem, tum vulgatam, eſſe rem videam, dum noui ſemper ſcriptores, aut in rebus certius aliquid allaturos ſe, aut ſcribendi arte rudem vetuſtatem ſuperaturos credunt.* Periodus haec elegantiſſimis pedibus conſtat. Primum membrum duodecim pedes continet. Primus eſt ſpondeus, grauis et honorandus: alter (* non colliſis vocalibus) dactylus pulcher et ſplendidus: tertius amphibrachys, qui mollis quidem, ſed a ſequenti hypobacchio, qui grauis et magnificus eſt, excipitur, duobus ſpondeis conſequentibus, cum hypobacchio, deinde et ſpondeo. ſequitur deinde anapaeſtus, quem venerandum, et amplitudini aptiſſimum dixit Dionyſius: hunc duo ſpondei, cum vltimo Cretico, quem generoſum auctor docet, conſequuntur. Alterum membrum: *Nec ſatis ſcio: nec, ſi ſciam, dicere auſim.* Hic quinque pedes contineri videas. Primus eſt Creticus, alter hypobacchius, tertius Creticus, quartus dactylus, quintus ſpondeus. Ad finem periodi viginti quatuor pedes numerantur, omnes elegantes, quarto decimo excepto. Horum primus eſt Creticus, alter dactylus: tum duo

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

τὸν λόγον τόνδε, ὡς καλὸν ἐπὶ τοῖς ἐκ [n]τῶν πολέμων θαπτομένοις ἀγορεύεσθαι αὐτόν.„ τί οὖν ἐστιν, ὃ πεποίηκε ταύτην μεγαλοπρεπῆ τὴν σύνθεσιν; τὸ ἐκ τοιούτων συγκεῖσθαι ῥυθμῶν τὰ κῶλα. τρεῖς μὲν γὰρ οἱ τὰ πρώτα προηγούμενοι κῶλα σπονδεῖοι πόδες εἰσίν. ὁ δὲ τέταρτος ἀνάπαιστος· ὁ δὲ μετὰ τοῦτον αὖθις σπονδεῖος· ἔπειτα κρητικός· ἅπαντες ἀξιωματικοί. καὶ τὸ μὲν πρῶτον αὐτῷ κῶλον διὰ ταῦτά ἐστι σεμνόν· τὸ δὲ ἑξῆς τοῦτο· „Ἐπαινέσι τὸν προσθέντα τῷ νόμῳ τὸν λόγον τόν· δε·„ [o]ὅτι δύο μὲν ἔχει τοὺς πρώτους πόδας ὑποβακχείους, κρητικὸν δὲ τὸν τρίτον, εἶτ' αὖθις ὑποβακχείους δύο, καὶ συλλαβήν, ὑφ' ἧς τελειοῦται τὸ κῶλον· ὥσ' εἰκότως σε-

orationem funebrem veteri inſtituto addidit; propterea quod eam de iis, qui bello interfecti ſepelirentur, haberi praeclarum eſſet.„ Quid tandem eſt, quod magnificam hanc collocationem effecit? quod numeris *ſcil.* pedibuſque ſublimibus tota conſtituuntur membra. Primi ſiquidem membri tres, qui praecedunt, pedes Spondei ſunt; quartus Anapaeſtus; qui ſequitur, Spondeus; deinde Creticus: omnes dignitatis pleni. Ac primum quidem membrum propterea magnificum eſt et graue. Huic vero proximum: „Eum laudant, qui orationem hanc funebrem veteri inſtituto addidit:„ quia duos priores pedes Hypobacchios habet, tertium Creticum, deinde etiam Hypobacchios duos, et ſyllabam, qua membrum terminatur: iure igitur merito gra-

ſpondei; quintus Bacchius, qui virilis cenſetur, ſextus dactylus, cum ſpondeo ſeptimo; octauus hypobacchius, cum quatuor ſequentibus ſpondeis: tertius decimus eſt Bacchius: quartus decimus tribrachys, ſed a quinque ſpondeis ſequentibus obſcuratur: vigeſimus et vigeſimus primus ſunt hypobacchii, vigeſimus ſecundus eſt dactylus; vigeſimus tertius eſt moloſſus, ſummae dignitatis et amplitudinis: vltimus ſpondeus. *Birc.*

* Male. colliduntur enim vocales; quemadmodum multi annotarunt; vt ſit heroici carminis hemiſtichium: *Facturuſne operae pretium ſim. Vpt.*

n Articulum τῶν addidit *Sylb.* agnoſcunt etiam *Reg.* 1. et *Colb.* et *Thucydidis* exemplaria.

o Illud ὅτι commode ſatis abeſſe poteſt.

p Συγ-

μνόν ἐστι καὶ τοῦτο, ἐκ τῶν [p]εὐγενεστάτων τε καὶ καλλίστων ῥυθμῶν συγκείμενον. τὸ δὲ δὴ τρίτον κῶλον· „Ὡς καλὸν ἐπὶ τοῖς ἐκ τῶν πολέμων θαπτομένοις ἀγορεύεσθαι αὐτόν·„ [q]ἄρχεται μὲν ἀπὸ τοῦ κρητικοῦ ποδός, δεύτερον δὲ λαμβάνει τὸν ἀνάπαιστον, καὶ τρίτον σπονδεῖον, καὶ τέταρτον αὖθις ἀνάπαιστον, εἶτα δύο τοὺς ἑξῆς δακτύλους, καὶ σπονδείους δύο τοὺς τελευταίους, εἶτα [r]κατάληξιν. εὐγενὲς δὴ καὶ τοῦτο διὰ τοὺς πόδας γέγονε. τὰ πλεῖστα δέ ἐστι παρὰ Θουκυδίδῃ τοιαῦτα, μᾶλλον δ' ὀλίγα μὴ ὄντως ἔχοντα. ὥσ' εἰκότως ὑψηλὸς εἶναι δοκεῖ [s]καὶ καλλιεπὴς καὶ εὐγενής, ὡς ἐκλέγων τοὺς ῥυθμούς.

Τὴν δὲ δὴ Πλατωνικὴν λέξιν ταύτην, τίνι ποτὲ ἄλλῳ κοσμηθεῖσαν, ὅτως ἀξιωματικὴν εἶναι φαίη τις ἂν καὶ καλήν, εἰ μὴ τῷ συγκεῖσθαι διὰ τῶν καλλίστων τε καὶ ἀξιολογωτάτων ῥυθμῶν; ἔστι γὰρ δὴ τῶν πάνυ φα-

grauitate plena eſt et haec ſententia, cum nobiliſſimis ex numeris pulcherrimiſque conſtituatur. Quin et tertium membrum: „Propterea quod eam de iis, qui bello interfecti ſepelirentur, haberi praeclarum eſſet:„ incipit a Cretico pede, proximumque facit Anapaeſtum, et tertium Spondeum, quartumque rurſus Anapaeſtum; duos deinde dactylos aſſumit, totidemque ad extremum Spondeos, poſtea Clauſulam. generoſum et hoc factum eſt ſuos ob pedes. Sunt autem plurima apud Thucydidem huiuſmodi; aut potius rariſſima ſunt, quae ita ſe non habeant: adeo vt merito ſublimis et elegans et nobilis haberi debeat, ob numerorum ſcilicet delectum.

Haec etiam Platonis ſententia, qua tandem re alia ornata, nobis adeo magnifica videtur et venuſta, niſi quod ex numeris praeſtantiſſimis conſtat et ſublimibus? Eſt enim notiſſima

p Συγγενεστάτων *Reg.* 1. et *Colb.*

q Quam verum ſit hoc, diſpiciant alii. ad rem ſatis eſſe videatur, ſi quo modo pedem iſtum referat, aut ad eum quam proxime accedat: nec ad amuſſim rigide exigenda ſunt verba *Dionyſii.*

r P. 114. v. vlt. συλλαβήν, ὑφ' ἧς τελειοῦται τὸ κῶλον.

s Καὶ καλλίσης εὐγενείας *Reg.* 1. et *Colb.*

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

νερῶν καὶ περιβοήτων, ἢ κέχρηται ὁ ἀνὴρ κατὰ τὴν τῶ-
ἐπιταφίᾳ ἀρχήν· „Ἔργῳ μὲν ἡμῖν[t] οἷσ' ἔχεσι τὰ προσή-
κοντα σφίσιν αὐτοῖς· ὧν τυχόντες, πορεύονται τὴν εἱμαρ-
μένην πορείαν.„ ἐν τούτοις δύο μέν ἐσιν, ἃ συμπληροῖ
τὴν περίοδον, κῶλα· ῥυθμοὶ δὲ, οἱ ταῦτα διαλαμβάνον-
τες, οἵδε· βακχεῖος μὲν ὁ πρῶτος· ἃ γὰρ δή γε ὡς ἴαμ-
βον ἀξιώσαιμ' ἂν ἔγωγε τὸ κῶλον τοῦτο ῥυθμίζειν, ἐν-
θυμούμενος, ὅτι οὐκ ἐπιτροχαλὰς καὶ ταχεῖς, ἀλλ' ἀνα-
βεβλημένους καὶ βραδεῖς τοῖς οἰκτιζομένοις προσῆκεν ἀπο-
δίδοσθαι τὰς χράνας· σπονδεῖος δὲ [u]ἕτερος· ὁ δ' ἑξῆς

tissima et celebratissima, qua vsus vir ille ad initium *Laudationis funebris*: „Re quidem a nobis illi, quae sua sunt, habent; eaque iam assecuti, iter a fatis destinatum peragunt.„ In his duo sunt membra, quae totam adeo absoluunt periodum: numeri vero, quibus distinguuntur, sunt hi. Bacchius primus est: (non enim mihi possum persuadere, Iambo esse hoc membrum dimensum, ea ratione inductus, quod volubiles motus et velocia tempora nequaquam rebus miserandis, sed remissa potius et tarda adhibere oporteat) hunc sequitur Spondeus; deinceps, collisione vocalium resoluta, Dactylus; rursus Spondeus: qui vero sequitur, is potius Creticus, quam Anapaestus; postea, vt mea fert opinio, Spondeus: vltimus Hypobacchius, aut etiam, si quis ita voluerit, Anapaestus: postremo Desinentia. Ex his numeris nullus humilis, nullus ignobilis. Sequentis vero membri: „Eaque iam assecuti, iter a fatis destinatum peragunt:„ primi duo pedes sunt Cretici, deinde Spondei duo, quos sequitur Creticus; vltimus vero Hypobacchius est. At vero orationem venustam esse, quae numeris venustis tota constat, necesse est. Infinita huiusmodi apud Platonem sunt. Erat enim, in perspicienda orationis modulatione et numerorum concinnitate, homo ingenii plane admirabilis. qui, vti erat in componendis vocibus eximius, si paullo etiam seligendis fuisset curiosior, ipsum vtique dicendi pulchritudine Demosthenem *aut praeuertisset, aut dubiam sane victoriam fecisset*. Sed in

[t] Ἔργῳ μὲν ἡμῖν.] Sallustius in bello Catilinario: *Omnes homines, qui sese student praestare caeteris animalibus, summa ope niti decet, ne vitam silentio transeant, veluti pecora; quae natura prona, atque ventri obedientia finxit.* Periodo hac viginti tres pedes continentur: Primus spondeus, alter anapaestus, tertius spondeus, quartus Creticus, quintus Bacchius, sextus dactylus, septimus anapaestus, octauus hypobacchius, nonus dactylus, decimus Bacchius: vndecimus cum duodecimo spondei, decimus tertius amphibrachys: hunc sequitur spondeus, quem denuo duo amphibrachii. Hic quoque nullus pes est, qui grauitatem orationis impediat. Rufinus lib. de metris Comicis: *Nunc, si videatur*, inquit, *Sallustianae periodi numeros inspiciamus.* Res popu- *dactylus* | li Romani Marco, *tres spondei* | Lepido, *anapaestus* | Quinto Catulo, *spondeus, et anapaestus* | Consulibus, *Paean primus* | ac deinde, *dichoreus, siue dirrochaeus* | militi- *dactylus* | ae et domi, *Creticus* | gestas, *spondeus* | composui, *choriambus, ex longa et breui, breui et longa.*

[u] Forsan cum articulo legendum ὁ ἕτερος, aut contracte ἄτερος: sicut scilicet paullo supra praecedit βακχεῖος μὲν ὁ πρῶτος. *Sylb.*

[x] Non absurde legeris ὅτως, sic. In sequentibus alludit ad *Homerum* in *Il.* ψ. v. 382. *Sylb.*

[y] Ἢ παρέλασσε] Adhibet carmen Homeri ex Iliad. ψ. quod etiam Virg. V. Aeneid. v. 325. expressit: *Transeat elapsus prior, ambiguumque relinquat. Birc.*

[z] De hac terminatione vide *Demetrium Phalereum* §. 177.

δάκτυλος, διαιρεμένης τῆς συναλοιφῆς· εἶτα μετὰ τοῦ-
τον σπονδεῖος· ὁ δὲ ἑξῆς μᾶλλον κρητικὸς, ἢ ἀνάπαιστος·
ἔπειθ', ὡς ἡ ἐμὴ δόξα, σπονδεῖος· ὁ δὲ τελευταῖος
ὑποβάκχειος· εἰ δὲ βάλεταί τις, ἀνάπαιστος· εἶτα κα-
τάληξις. τούτων τῶν ῥυθμῶν ἀδεὴς ταπεινὸς, ἀδεὴς ἀγε-
νής. τῶ δὲ ἑξῆς κώλῳ· „[x]Ὧν τυχόντες πορεύονται τὴν
εἱμαρμένην πορείαν·„ δύο μέν εἰσιν οἱ πρῶτοι πόδες κρητι-
κοὶ, σπονδεῖοι δὲ οἱ μετὰ τούτους δύο· μεθ' οὓς αὖθις κρη-
τικὸς, ἔπειτα τελευταῖος ὑποβάκχειος. ἀνάγκη δὴ, τὸν
ἐξ ἁπάντων συγκείμενον καλῶν ῥυθμῶν καλὸν εἶναι λό-
γον. μυρία τοιαῦτά ἐστι καὶ παρὰ Πλάτωνι. ὁ γὰρ
ἀνὴρ εὐμέλειάν τε καὶ εὐρυθμίαν συνιδεῖν δαιμονιώτατος·
καὶ εἴ γε δεινὸς ἦν [x]ὅτος ἐκλέξαι τὰ ὀνόματα, ὡς συν-
θεῖναι περιττὸς, καὶ νύ κεν ἢ παρέλασσε[y] τὸν [z]Δημοσθέ-
νην κάλλος ἑρμηνείας εἵνεκεν, ἢ ἀμφήρισον ἔθηκε. νῦν

gis. In sequentibus alludit ad *Homerum* in *Il.* ψ. v. 382. *Sylb.*

[y] Ἢ παρέλασσε] Adhibet carmen Homeri ex Iliad. ψ. quod etiam Virg. V. Aeneid. v. 325. expressit: *Transeat elapsus prior, ambiguumque relinquat. Birc.*

[z] De hac terminatione vide *Demetrium Phalereum* §. 177.

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

δὲ δὴ περὶ μὲν τὴν ἐκλογήν ἐστιν ἃ διαμαρτάνει, καὶ μάλιστα ἐν οἷς ἂν τὴν ὑψηλὴν καὶ περιτ]ὴν καὶ ἐγκατάσκευον διώκει φράσιν· ὑπὲρ ὧν [a]ἑτέρωθί μοι δηλῶται. σαφέστερον δὲ συντίθησι τὰ ὀνόματα, καὶ ἡδέως, καὶ καλῶς νὴ Δία· καὶ ἐκ ἄν τις αὐτὸν ἔχοι κατὰ τοῦτο μέμψασθαι τὸ μέρος.

Ἑνὸς ἔτι παραθήσομαι[b] λέξιν, ᾧ τὰ ἀριστεῖα τῆς ἐν

in delectu verborum saepiuscule peccat; idque praecipue, quum sublimem et elegantem et nimis elaboratam locutionem assequi studet: qua de re alibi nobis dictum est. Splendidius autem collocat verba, et mehercule iucunde admodum atque elegan-
ter: nec sane est, cur ab vllo hac parte reprehendi debeat.

Vnius praeterea locutionem proferam, cui primas in admiran-

a Sc. in *Epist. ad Pompeium*, p. 125. et rursum p. 166. et 177. iuxta *Ed. Sylb.*

b Ἑνὸς ἔτι παραθήσομαι.] Demosthenī Ciceronem opponamus, qui orationem post reditum in Senatu a grauissimis pedibus inchoat. Eiusque itaque prima periodus est: *Si, Patres conscripti, pro vestris immortalibus in me, fratremque meum, liberosque nostros meritis, parum vobis cumulate gratias egero.* In hoc primo membro pedes praestantissimi quindecim sunt. Primi tres molossi, quartus spondeus, quintus dactylus, hunc sequitur spondeus cum Bacchio, mox amphibrachii duo, quos excipit spondeus cum anapaesto: rursus † amphibrachys cum hypobacchio, ad extremum duo Cretici. Alterum membrum: *Quaeso, obtestorque, ne meae naturae potius, quam magnitudini vestrorum beneficiorum, id tribuendum putetis.* In hoc membro sunt pedes tredecim: primi duo spondei, tertius Creticus, quartus hypobacchius, quintus Bacchius, hunc sequitur hypobacchius, mox Creticus cum hypobacchio, hunc sequitur Bacchius: decimus est tribrachys, sed bonitate aliorum pedum obscuratur; vnde cimo loco ponitur Creticus, duodecimo anapaestus: hos claudit dichoreus, familiaris Ciceroni. Sic in oratione pro Milone: *Etsi vereor, Iudices, ne turpe sit, pro fortissimo viro dicere incipientem, timere.* Primus pes spondeus, secundus anapaestus, spondeo par interuallo, non syllabis: tertius amphimacer, vtroque grauior: quartus rursum spondeus: quintum locum tenet iambus, sexto loco spondeus, septimo iterum

λόγοις δεινότητος καταδίδωμι. ὅρος γὰρ δή τις ἐστὶν ἐκλογῆς τ' ὀνομάτων καὶ κάλλους συνθέσεως ὁ Δημοσθένης. ἐν δὴ τῷ περὶ τοῦ στεφάνου λόγῳ τρία μέν ἐστιν, ἃ τὴν πρώτην περίοδον συμπληροῖ, κῶλα· οἱ δὲ [c]κατὰ ταῦτα καταμετρῆντες οἵδε εἰσὶν οἱ ῥυθμοί· „[d]Πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις.„ ἄρχει δὲ τοῦδε τοῦ κώλου Βακχεῖος ῥυθμὸς, ἔπειθ' ἕπεται Σπονδεῖος, εἶτα ἀνάπαιστος, καὶ μετὰ τοῦτον ἕτερος Σπονδεῖος, εἶθ' ἑξῆς Κρητικοὶ τρεῖς, Σπονδεῖος δὲ ὁ τελευταῖος. τοῦ δὲ δευτέρου κώλου τόδε· „Ὅσην εὔνοιαν ἔχων ἐγὼ διατελῶ τῇ τε πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν·„ πρῶτος μὲν Ὑποβάκχειός ἐστι πούς, εἶτα Βακχεῖος, εἰ δὲ βάλεταί τις, Δάκτυλος· ἔπειτα Κρητικός· μεθ' ὃς εἰσι δύο σύνθετοι πόδες, οἱ καλούμενοι [e]Παίονες· οἷς ἕπεται Μολοττ]ὸς, ἢ

miranda vi dicendi tribuo. * Est enim regula, ad quam dirigamur, non tantum in verbis deligendis, sed pulcherrima etiam collocatione struendis, Demosthenes. In illa iam *de Corona* oratione tria sunt membra, quae primam periodum absoluunt: ea autem qui emetiuntur, pedes hi sunt: „In primis quidem, o Athenienses, deos deasque omnes obsecro.„ Incipit hoc membrum a pede Bacchio, quem sequitur Spondeus, deinde Anapaestus, postea alius etiam Spondeus: tum tres ordine Cretici, postremo autem Spondeus. Huius vero secundi membri: „Vt quanta ego benevolentia ciuitatem, et vos vniuersos vsque prosequor:„ pes primus Hypobacchius est, deinde Bacchius, aut etiam, si quis voluerit, Dactylus; postea Creticus: hos duo sequuntur pedes compositi, Paeones appellati; deinceps Molossus, aut Bac-

rum amphimacer: octauo iambus secundus: nono amphimacer tertius: decimo tertius anapaestus, omnes pedes nobiles, et generosi. *Bircou.*

† Perperam *vobis* omiserat *Bircouius*: hic ergo amphibrachys conficitur ex *parum* et prima in *cumulate*. *Vpt.*

* *Al.* Est enim quasi meta et terminus, non tantum etc. Familiam ducit non tantum etc.

c Κατὰ ante ταῦτα vel expungenda videtur, vel in καὶ mutanda. *Sylb.*

d Ex initio orationis *de Corona*.

e Vide *Ciceronem*, lib. 3. *de Oratore*.

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

Βακχεῖος· ἐγχωρεῖ γὰρ ἑκατέρως [f] αὐτὸν διαιρεῖν· τελευταῖος δὲ ὁ Σπονδεῖος. τῶ δὲ τρίτω κώλω, τῷ· „Τοσαύτην ὑπάρξαι μοι παρ' ὑμῶν εἰς τοῦτον τὸν ἀγῶνα χάριν ἄρχουσι μὲν Ὑποβάκχειοι δύο, ἔπειτα Κρητικὸς, ᾧ συνῆπται Σπονδεῖος· εἶτ' αὖθις Βακχεῖος, ἢ Κρητικὸς, καὶ τελευταῖος πάλιν Κρητικὸς, εἶτα κατάληξις. τί ἂν ἐκάλυε, καλὴν ἁρμονίαν εἶναι λέξεως, ἐν ᾗ μήτε Πυρρίχιός ἐστι πούς, μήτ' ἰαμβικὸς, μήτ' Ἀμφίβραχυς, μήτε τῶν Χορείων, ἢ τῶν Τροχαίων, μηδείς; καὶ ἃ λέγω τοῦτο ὅτι τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἕκαστος ἃ κέχρηταί ποτε καὶ τοῖς ἀγενεστέροις ῥυθμοῖς· κέχρηται γάρ· ἀλλ' εὖ συγκρύφασιν αὐτὰς καὶ συνυφάγκασι διαλαβόντες τοῖς κρείττοσι τὰς χείρονας.

Οἷς δὲ μὴ ἐγένετο [g] πρόνοια τούτου μέρους, οἱ μὲν τα-

Bacchius, (licet enim vtrumlibet eorum eligere) vltimus Spondeus est. At tertii huius membri: „Tanto vos studio in hac contentione erga me vtamini: primum locum obtinent Hybobacchii duo, postea Creticus, cui Spondeus annectitur, deinde rursus Bacchius, aut Creticus, vltimus rursum Creticus, tandemque Clausula. Quid itaque prohibet, quo minus pulchra sit orationis structura, in qua nec pes Pyrrichius occurrat, nec Amphibrachys, neque vllus omnino aut ex Choreis, aut etiam Trochaeis? Id vero non dico, eorum scriptorum neminem vsum illioribus numeris vnquam fuisse vsum: nam vtuntur quidem, sed eos arte occultant, et deteriores passim pulchrioribus intertexunt.

Qui vero hac in parte nullam adhibuerunt curam, illi au-
humilia

[f] Forsan rectius αὐτῶν, *ipsorum. Sylb.* Mallem ἑκατέρως αὐτὸν διαιρεῖν, vt sit sensus: *licet enim vtrouis modo distinguere.*

[g] οἷς δὲ μὴ ἐγένετο.] Quod Dionysius in Hegesia ostendit exemplum ineptae collocationis, etiam in Latino historico, Hegesippo, ostendi potest, quamquam in alio affectu. Nam apud hunc equis distrahitur rex vinus: apud illum autem mater deplorat filium, quem putauit interfectum. Hunc ergo affectum ita describit lib. V. de excidio vrbis Hierosolymitanae Cap. 23. *Comperto mater filii sui*

πεινὰς, οἱ δὲ κατακεκλασμένας, οἱ δ' ἄλλην τινὰ αἰσχύνην, ἢ ἀμορφίαν, ἐχούσας ἐξήνεγκαν τὰς γραφάς.

humilia, aut fracta, aut turpitudinem aliam quandam ac deformitatem habentia, in lucem scripta protulerunt. Quorum

sui vulnere, et insultantium latronum consternata vocibus, mortis eius formidinem simul et fidem induit, miserabiliter quoque deplorare occoepit, ad hos fructus foecunditatis se reseruatam, vt nec officio viuentis filii potiretur, nec sepeliret defunctum. Voti quidem sui fuisse, vt ipse potius matri sepulturam daret: inter eius manus supremum halaret spiritum: ille frigidos artus deficientis foueret: ille vltimos ore anhelitus legeret: ille oculos morientis clauderet; ille spirantia adhuc ora componeret. Sed quia voto exciderat, solatium fuisse, si vel ipsa interesse potuisset filii morientis supremis. Miserabili quidem sorte, sed tolerabili tamen, vt, quem superstitem optauerat, eius vel funus teneret. Verumtamen vel de muro, inquit, spectare mihi mea funera liceat: et, si contingere non licet, vtinam quidem nemo arceret. Sed quem metuam tanto destituta filio? Quid pertimescam, cui beneficium est mori? vtinam in me tela sua omnes contorqueant, omnes gladio me transfigant: quod viuens non potui, saltem filii mei caput veste mea protegam. Abundat vnius vestimentum ad sepulturam duorum: et fortasse quisquam hostium misererebitur, vt amictu filii matris oculos tegat, et oculos oculis, manus manibus, ori ora connectat. Proripiens itaque se ad muros, coelum ipsum miserabili questu replebat. Insultabant sui, flebant Romani: apud socios crudelitas, apud hostes misericordia. Figite (*inquit*) me, si qua est pietas; ego genui, quem persequendum putatis. Ego infelicia vbera dedi; me extinguite, si de illo vindictam quaeritis. Eundem affectum Virgilius quanta suauitate protulerit, lib. Aeneid. 9. ver. 473. legenti conspicuum erit. *Interea pauidam volitans pennata per vrbem Nuntia fama ruit, matrisque adlabitur aures Euryali. at subitus miserae calor ossa reliquit. Excussi manibus radii, reuolutaque pensa. Euolat infelix, et foemineo vlulatu, Scissa comam, muros amens atque agmina cursu Prima petit. non illa virum, non illa pericli Telorumque memor: coelum dehinc questibus implet. Hunc ego te, Euryale, adspicio? tunc ille senectae Sera meae requies? potuisti linquere solam, Crudelis? nec te, sub tanta pericula missum, Adfari extremum miserae dare copia matri? Heu,*

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

ὧν ἐστι[h] πρῶτός τε καὶ τελευταῖος καὶ μέσος ὁ Μάγνης σοφιστὴς Ἡγησίας· ὑπὲρ ἅ, μὰ τὸν Δία καὶ τὰς ἄλλας θεὰς ἅπαντας, οὐκ οἶδ', ὅ τι χρὴ λέγειν, πότερον τοσαύτη περὶ αὐτὸν ἦν ἀναισθησία καὶ παχύτης, ὥστε μὴ συνορᾶν, οἵτινές εἰσιν εὐγενεῖς, ἢ ἀγενεῖς ῥυθμοὶ, ἢ τοσαύτη θεοβλάβεια καὶ διαφθορὰ τῶν φρενῶν, ὡς εἰδότα τὰς κρείττους, ἔπειτα αἱρεῖσθαι τὰς χείρονας; ὃ καὶ μᾶλλον πείθομαι. ἀγνοίας μὲν γάρ ἐστι καὶ τὸ κατορθῶν[i] πολλαχῶ· προνοίας δὲ, τὸ μηδέποτε. ἐν γὰρ ταῖς τοσαύταις γραφαῖς, ἃς καταλέλοιπεν ὁ ἀνὴρ, μίαν οὐκ ἂν εὕροι τις σελίδα συγκειμένην εὐτυχῶς· ἔοικε δὲ ταῦτα ὑπολαβεῖν

rum primus et vltimus et medius eſt Magneſſus ſophiſta Hegeſias: de quo, per Iouem et caeteros omnes deos, quid ſit dicendum plane neſcio: vtrum ei adeo ſtupidum fuerit et craſſum ingenium, vt perſpicere non potuerit, qui numeri generoſi, aut ignobiles; an tanta diis iratis eum occupauerit ſtoliditas mentiſque deprauatio, vt, melioribus perſpectis, deteriores tamen praeferret? quod quidem ego magis exiſtimo. ignorantiae enim eſt, identidem res feliciter cedere; nunquam vero, conſilii a prudentiae. Nam inter tot ſcripta, quae nobis vir ille reliquit, ne gellam quidem vnicam inueneris felici ſtructura ornatam: hos vti-

que

terra ignota canibus data praeda Latinis Alitibuſque iaces! nec te tua funera, mater, Produxi, preſſiue oculos, aut vulnera lauī, Veſte tegens; tibi quam noctes feſtina dieſque Vrgebam, et tela curas ſolabar aniles. Quo ſequar? aut quae nunc artus, auulſaque membra Et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te, Nate, refers? hoc ſum terraque marique ſecuta? Figite me, ſi qua eſt pietas; in me omnia tela Coniicite, o Rutuli. me primam deſumite ferro: Aut tu, magne pater diuum, miſerere, tuoque Inuiſum hoc derrudo caput ſub tartara telo: Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam. Hoc fletu concuſſi animi, moeſtuſque per omnes It gemitus. Birc.

h Loquendi formula vſitatiſſima: ita *Dio Chryſoſtomus* de *Homero*: Ὅμηρος καὶ μέσος καὶ ὕστατος καὶ πρῶτος, παντὶ παιδὶ καὶ ἀνδρὶ καὶ γέροντι. At de *Aeſchine* pulcherrime *Demoſthenes*: Ἐν οἷς ἁπάντων σὺ φανήσῃ γεγονὼς ὁ πρῶτος, ὁ δεύτερος, ὁ τρίτος, ὁ τέταρτος, ὁ πέμπτος, οὐκ ἔκτος, οὐκ ὁποστοσοῦν. *Vpt.*

i Πολλαχῇ Reg. 1. et *Colb.*

k Ne

ἐκείνων κρείττω, καὶ μετὰ σπουδῆς αὐτὰ ποιεῖν, εἰς ἃ δι' ἀνάγκην ἄν τις ἐμπέσῃ ἐν λόγῳ σχεδίῳ δι' αἰσχύνης ἔθετο φρόνημα ἔχων ἀνήρ. θήσω δὲ καὶ τάδε λέξιν ἐκ τῆς ἱστορίας, ἵνα σοὶ γένηται δῆλον ἐξ ἀντιπαραθέσεως, ὅσην μὲν ἀξίωσιν ἔχει τὸ εὐγενὲς ἐν ῥυθμοῖς, ὅσην δ' αἰσχύνην τὸ ἀγενές.

Τί δὲ ὁ λαμβάνει πρᾶγμα ὁ σοφιστής; τοιόνδε. Ἀλέξανδρος, πολιορκῶν Γάζαν, χωρίον τι τῆς Συρίας πάνυ ἐχυρὸν, τραυματίας τε γίνεται κατὰ τὴν προσβολὴν, καὶ τὸ χωρίον αἱρεῖ χρόνῳ φερόμενος. ὁ δ' ὑπ' ὀργῆς τάς τ' ἐγκαταληφθέντας ἀποσφάττει πάντας, ἐπιτρέψας τοῖς Μακεδόσι τὸν ἐντυχόντα κτείνειν, καὶ τὸν ἡγεμόνα αὐτὸν αἰχμάλωτον λαβὼν, ἄνδρα ἐν ἀξιώματι καὶ τύχης καὶ εἴδους, ἐξ ἁρματείου δίφρου δῆσαι κελεύσας ζῶντα, καὶ τὼ ἵππω ἐλαύνων ἀνὰ κράτος, ἐν τῇ πάντων ὄψει διαφθείρει τέτον. οὐκ ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν δεινότερα πάθη, οὐδ' ὄψεις φοβερωτέρας. πῶς δὴ ταῦτα ἡρμήνευκεν ὁ σοφιστὴς, ἄξιον ἰδεῖν, πότερον σεμνῶς

que pedes illis praeſtantiores iudicabat, et de induſtria viſus eſt adhibere; in quos ſi prudens quiſpiam neceſſitate coactus inciderit, idque in oratione facta ex tempore, non poterit a rubore ſibi temperare. Hominis vero ſermonem ex hiſtoria ſumtum ante oculos ponam, vt tibi ex mutua comparatione appareat, quantum dignitatis illud in numeris generoſum habeat, quantumque ſordeat ignobilis ſtructura.

Quam vero ſibi rem *illuſtrandam* ſophiſta aſſumit? Huiuſmodi eſt. Alexander, dum Gazam obſidione cingeret, caſtellum Syriae munitiſſimum, vulnus inter oppugnandum accepit, nec eam, niſi longo poſt tempore, in poteſtatem redegit. Ira itaque accenſus omnes, quos vrbe ſuperſtites inuenit, gladio ſuſtulit; Macedonibus permiſſo, vt quemuis occiderent obuium: ipſum etiam Imperatorem, quem ceperat, ſummae tam fortuna, quam corporis pulchritudine exiſtimationis, viuum curruj biiugo alligari iuſſit, atque equis vehementer incitatis omnium in conſpectu interemit. Enimuero calamitatem crudeliorem enarrare, aut quidquam adſpectu horribilius, nemo poterit. Qui vero haec oratione ſophiſta illuſtrauerit, operae pretium erit videre; an dictione ſublimi

et

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

καὶ ὑψηλῶς, ἢ ταπεινῶς καὶ καταγελάστως; „Ὁ δὲ βασιλεὺς ἔχων τὸ σύνταγμα προηγεῖτο, καί πως ἐβεβάλευτο τῶν πολεμίων τοῖς ἀρίστοις ἀπαντᾶν εἰσιών. τοῦτο γὰρ ἔγνωστο, κρατήσασιν ἑνὸς, συνεκβάλλειν καὶ τὸ πλῆθος. ἡ μὲν οὖν ἐλπὶς αὕτη συνέδραμεν εἰς τὸ τολμᾶν, ὥς' Ἀλέξανδρον μηδέποτε κινδυνεῦσαι πρότερον ἅτως. ἀνὴρ γὰρ τῶν πολεμίων, εἰς γόνατα συγκαμφθεὶς, ἔδοξε τοῦτ' Ἀλεξάνδρῳ τῆς ἱκετείας ἕνεκα πρᾶξαι. [k]προέμενος δ' ἐγγὺς μικρὸν ἐκνεύει τὸ ξίφος ἐνέγκαντος ὑπὸ τὰ πλευρὰ τὸ θώρακος, ὥστε γενέσθαι καὶ τὴν πληγὴν ἀκαιριωτάτην· ἀλλὰ τὸν μὲν αὐτὸς ἀπώλεσε, κατὰ κεφαλῆς τύπτων τῇ μαχαίρᾳ· τὸς δ' ἄλλες ὀργὴ πρόσφατος [l]ἐπίμπρατο. ἅτω γὰρ ἑκάστῳ τὸν ἔλεον

et plena grauitatis, an humili prorsus ac ridenda? „At rex cum instructo agmine praeibat, et primoribus hostium aliquo modo occurrere constituit, proelium ingressus. Hoc enim putabat, vno superato, reliquam vna ruituram multitudinem. Cui rei audendae visa est et ipsa spes concurrere, adeo vt maiori nunquam antea periculo versaretur Alexander. Vir quidam ex hostium numero, in genua procidens, fidem fecit Alexandro, supplicandi animo id egisse. Eum ergo admittens propius, vix declinauit gladium, quem transfuga sub ipsas loricae pinnulas intulerat, vt non acciperet vulnus letale. Sed eum quidem, impacta in caput machaera, ipse Rex interemit; caeteris vero militibus ex integro ira exarsit. nam singulorum vsque adeo misericor-

k Ne quid legenti moram iniiciat, haec verba supple: τὸν δὲ τρατιώτην προέμενος ἐγγὺς ὁ Ἀλέξανδρος: post ἐνέγκαντος subaudito αὐτό. *Vpt.*

l Actiua significatione accipiendum hic videtur pro *accendebat*, vel legendum εἰς δὲ τὸς ἄλλες. *Curtius* de *Alexandro*: *Inter primores*, inquit, *dimicat; ira quoque accensus, quod duo in obsidione vrbis eius acceperat vulnera.* Praecedentis periodi mutilae (vt videtur) sententia ex eodem *Curtio* peti potest: cuius lib. 4. haec sunt verba: *Arabs quidam, Darii miles, maius fortuna sua ausus, clypeo gladium tegens, quasi transfuga genibus regis aduoluitur. Ille assurgere supplicem, recipique inter suos iussit. At gladio*

ἐξέσησεν ἡ τᾶ τολμήσαντος ἀπόνοια, τῶν μὲν [m]ἰδόντων, τῶν δ' ἀκουσάντων· ὥστε [n]ἑξακισχιλίους ὑπὸ τὴν σάλπιγγα ἐκείνην τῶν βαρβάρων κατακοπῆναι. τὸν μέντοι βασιλέα [o]αὐτὸν ἀνήγαγον ζῶντα [p]Λεώνατός καὶ Φιλώτας. ἰδὼν δὲ πολύσαρκον, καὶ μέγαν, ὡς [q]βδελυρώτατον μέλας γὰρ ἦν καὶ τὸ χρῶμα· μισήσας ἐφ' οἷς ἐβεβάλευτο, καὶ τὸ εἶδος, ἐκέλευσε διὰ τῶν ποδῶν χαλκῆν [r]ψαλλίον διείραντας ἕλκειν κύκλῳ γυμνόν. πιλέμενος δὲ κα-

sericordiam immutarat hominis audacia perdita, non solum eorum, qui praesentes viderant, sed qui ab aliis rem acceperant, vt ad illum tubae sonitum sex millia barbarorum interficerentur. Ipsum vero regem Leonatus et Philotas viuum adduxerunt. quem vbi obesum conspexerat Alexander, et vasto corpore, vt nihil foedius, (erat enim nigro colore) odio, non tantum ob ea, quae molitus esset, facinora, sed etiam ob formam, concepto, iussit, vt vnco pedes traiectus aereo nudus in orbem raptaretur. Quibus malis grauatus, nimia doloris

gladio barbarus strenue in dextram translato, ceruicem appetit regis: qui exigua corporis declinatione, in vanum manum barbari lapsam amputat gladio. Sylb. Locum mutilum esse indicant *Reg.* 1. et *Colb.* in quibus vacuum reperitur spatium.

m Ἰδότων in *Ed. Steph.* errore ambiguo. *Sylb.*

n Τετρακισχιλίους *Reg.* 1. et *Colb.*

o Accusatiuo αὐτὸν legitur etiam superius: καὶ τὸν ἡγεμόνα αὐτὸν αἰχμάλωτον λαβών. si quis vtrobique αὐτῶν malit, fruatur suo iudicio. Sic certe *Curtius*: *Betim deseruerant sui.* Historiam hanc *Arrianus* leuiter attingit, at *Curtius* multo luculentius: quem hic cum *Hegesia* confer. *Sylb.* In *Ed. Steph.* Βασιλέα αὐτᾶ Βαῖσιν αὐτᾶ *Reg.* 1. Βαίσιον αὐτᾶ *Colb.*

p Λεόνατος *Reg.* 1. et *Colb.*

q Βλοσυρώτατον *Reg.* 1. et *Colb.*

r Rectius ψαλίον, vno λ: sicut etiam praecedentis tomi p. 102. v. 17. [edit. Hudson.] Tarpeiam ἔρως εἰσέρχεται τῶν ψαλίων, ἃ περὶ τοῖς ἀριστεροῖς βραχίοσιν ἐφόρουν οἱ Σαβῖνοι. itidemque apud *Hesychium*: Ψαλία, κρίκοι, δακτύλιοι. alioqui ψαλία dicuntur etiam frena: vt apud eundem *Hesychium* legimus: ψαλίον, χαλινός, κωλυτήριον. Apud *Suidam* in freni significatione ψαλίον legitur: at pro armilla, siue circulo, ψέλλιον. *Sylb.* At ψάλιον proparoxytonως malit *Stephanus.* Ψαλίον *Reg.* 1. et *Colb.*

s Ἐνε-

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

κοῖς περὶ πολλὰς τραχύτητας ἔκραζεν. αὐτὸ δ' ἦν, ὃ λέγω, τὸ συνάγον ἀνθρώπους. ἐπέτεινε μὲν γὰρ ὁ πόνος, βάρβαρον δ' ἐβόα δεσπότην, καὶ ἱκετεύων· γελᾶν δὲ ὁ σολοικισμὸς ἐποίει· τὸ δὲ σέαρ καὶ τὸ κύτος τῆς γαστρὸς [s] ἐνέφαινε Βαβυλώνιον ζῶον ἕτερον ἀδρόν. ὁ μὲν οὖν ὄχλος ἐνέπαιζε, στρατιωτικὴν ὕβριν ὑβρίζων εἰδεχθῆ καὶ τῷ τρόπῳ σκαιὸν ἐχθρόν.»

[t] Ἀρά γε ὅμοια ταῦτά ἐστι τοῖς Ὁμηρικοῖς ἐκείνοις, ἐν οἷς Ἀχιλλεύς ἐστιν αἰκιζόμενος Ἕκτορα μετὰ τὴν τελευτήν; καίτοιγε πάθος ἐκεῖνο ἔλαττον· εἰς ἀναίσθητον γὰρ σῶμα ἡ ὕβρις· ἀλλ' ὅμως ἄξιόν ἐστιν ἰδεῖν, πόσῳ διενόχλει ὁ ποιητὴς τῷ σοφιστῇ.

doloris acerbitate clamorem ſuſtulit. Hoc autem erat, quod dico, cur vndique confluereret multitudo. Quum vero magis magisque dolores inualeſcebant, barbara voce clamabat *Dominum*, ſupplicatione adhibita; factoque ſoloeciſmo, omnes in riſum egit: ipſo autem abdomine et ventris cauitate ſaginatum aliquod animal Babylonium oculis ſpectantium ſubiecit. Inſultabat itaque multitudo, ac militari affecit contumelia deformem adſpectu et moribus rudem hoſtem.

Haeccine tandem Homericis illis ſimilia, in quibus Achilles mortuum Hectorem contumelioſe tractat? Etſi perpeſſio haec inferior ſit: (corpori enim ſenſu deſtituto iniuria facta eſt) operae tamen pretium erit videre, quantum ſophiſtae poëta antecelluit.

Haec

s Ἐνεφαίνετο *Reg.* 1. et *Colb.* Eiuſdem quidem *Hegeſiae* ineptum ac frigidum dictum in *Alexandro* refert *Plutarchus*, vt et *Zonaras*, et *Cicero* l. 2. de *Nat. Deor.* Vide *Petrum Victorium* l. 13. *Var. Lect.* c. 20. et *Turnebum* in *Aduerſ.* l. 27. c. 4. *Schottus.*

t Vt *Hegeſiae* locum hic cum *Homerico* confert *Dionyſius*, ita *Curtius* loco citato: *Per talos ſpirantis*, inquit, *lora traiecta ſunt, religatumque ad currum traxere circa vrbem equi; gloriante rege, Achillem, a quo genus ipſe deduceret, imitatum ſe eſſe poena in hoſtem capienda. Sylb.*

u Il.

[u] Ἦ ῥα, καὶ [x] Ἕκτορα δῖον ἀεικέα μήδετο ἔργα·
Ἀμφοτέρων μετόπισθε ποδῶν τέτρηνε [y] τένοντας
Ἐς σφυρὸν ἐκ πτέρνης, βοέας δ' ἐξῆπτεν ἱμάντας,
Ἐκ δίφροιο δ' ἔδησε· κάρη δ' ἕλκεσθαι ἔασεν.
Ἐς δίφρον δ' ἀναβὰς, ἀνά τε κλυτὰ τεύχε' ἀείρας, 5
[z] Μάστιξεν δ' ἐλάαν· τὼ δ' οὐκ [a] ἀέκοντε πετέσθην.
Τῷ δ' ἦν ἑλκομένοιο κονίσαλος· ἀμφὶ δὲ χαῖται
Κυάνεαι πίπλαντο, κάρη δ' ἄπαν ἐν κονίῃσι
Κεῖτο πάρος χάριεν· τότε δὲ Ζεὺς δυσμενέεσσι

Haec ait: et facinus molitur in Hectora ſaeuum.
Lora pedem per vtrumque, ferus quos ruperat vncis
A calce ad talos, ferro traiecit: et ipſum,
Pelle boum ſecta raptandum, adnexuit axi
Impius: heu! capite in terram vultuque profuſo.
Tum currum adſcendens, ſumtis fulgentibus armis,
Acer equis ſcutica inſtabat properantibus vltro.
Quo tracto nubes adſurgunt pulueris: atro
Tellurem verrunt concreti ſanguine crines:
Et caput, olim illud ſacrum, vultuſque decoros
Iam ſordes foedant. Ipſis ſic Iupiter iram

Hoſti-

u *Il.* χ. v. 395.

x Ἦ ῥὰ καὶ Ἕκτορα.] Eundem affectum Virg. expreſſit lib. II. Aeneid. ver. 268. *Tempus erat, quo prima quies mortalibus aegris Incipit, et dono diuum gratiſſima ſerpit. In ſomnis, ecce, ante oculos moeſtiſſimus Hector Viſus adeſſe mihi, largoſque effundere fletus; Raptatus bigis, vt quondam, aterque cruento Puluere, perque pedes traiectus lora tumentes. Hei mihi, qualis erat! quantum mutatus ab illo Hectore; qui redit exuuias induſtus Achillei, Vel Danaum Phrygios iaculatus puppibus ignes! Squalentem barbam, et concretos ſanguine crines, Vulneraque illa gerens, quae circum plurima muros Accepit patrios. Bircou.*

y In vulgatis *Homeri* editionibus dualiter ſcriptum τένοντε. *Sylb.*

z In eiſdem *Homeri* editt. mutata coniunctione, ſcriptum Μάστιξεν ῥ' ἐλάαν: et ſequenti verſu πίλναντο pro πίπλαντο. tu non minus apte legeris πίτναντο. *Sylb.*

a Contracte ἄκοντε vulgatae habent *Homeri* Editt. et κονίσαλος duplici ος ſcriptum: et mox pro ὥς εἰ coniunctim ὥσεί ἅπασα. *Vpt.*

b Si

Δῶκεν ἀεικίσσασθαι ἐῇ ἐν πατρίδι γαίῃ.
Ὡς τῷ μὲν κεκόνιτο κάρη ἅπαν. ἡ δέ νυ μήτηρ
Τίλλε κόμην, ἀπὸ δὲ λιπαρὴν ἔρριψε καλύπτρην
Τηλόσε· κώκυσεν δὲ μάλα μέγα παῖδ' ἐσιδοῦσα.
Ὤμωξεν δ' ἐλεεινὰ πατὴρ Φίλος, ἀμφὶ δὲ λαοὶ
Κωκυτῷ τ' εἴχοντο καὶ οἰμωγῇ κατὰ ἄστυ.
Τῷ δὲ μάλιστ' ἄρ' ἔην ἐναλίγκιον, ὡς εἰ ἅπασα
Ἴλιος ὀφρυόεσσα πυρὶ σμύχοιτο κατ' ἄκρης.

ἔστως εὐγενῶς ἅμα καὶ δεινῶς πάθη λέγεσθαι προσῆκε
ὑπ' ἀνδρῶν φρόνημα καὶ νοῦν ἐχόντων. [b] ὡς δὲ
Μάγνης εἴρηκεν, ὡς ὑπὸ γυναικῶν, ἢ κατεαγότω
ἀνθρώπων, λέγοιτ' ἄν, καὶ ἁδὲ τούτων μετὰ σπου
δῆς, ἀλλ' ἐπὶ χλευασμῷ καὶ καταγέλωτι. τί οὖ
αἴτιον ἐκείνων μὲν τῶν ποιημάτων τῆς εὐγενείας, τ

Hostibus indulget, patriae sub moenibus vrbis.
Hanc sortem, hos habuit casus. At regia mater
Infelix euulsa comas, procul abiicit omnem
Ornatum, et miseris auras vlulatibus implet.
Lamentis gemituque pater crudelia clamat
Sidera: nec fletus cessant effundere ciues.
Non aliter, quam si ruat omne a culmine summo
Ilium, et infestis considant Pergama flammis.

Tanta quidem cum dignitate et grauitate enarrandi sunt affe
ctus, ab hominibus ingenio iudicioque praeditis. Non secu
autem Magnes ille, ac si quid a mulierculis diceretur
aut insanis et male feriatis hominibus; idque cum rem haud
serio agerent, sed per iocum risumque. Quid ergo re
est, cur generosa videantur haec carmina; ista autem nu
gamenta

b Si prius ὡς retineas, proxime sequens expungendum erit, vel in articulum ὁ mutandum: sic: ὡς δὲ ὁ Μάγνης εἴρηκεν, ὁ ὑπὸ γυν. aut, priore ὡς sublato, ita legendum: ὁ δὲ Μάγνης εἴρηκεν, ὡς ὑπὸ γυναικῶν. *Sylb.* Posterior *Sylburgii* emendatio videtur praeferenda. Quod si τοιαῦτά ἐστιν, aut aliquid eiusmodi aliud, post verbum εἴρηκε subintelligis, nulla opus erit emendatione. *Vpt.*

c Dee

τῶν δὲ τῶν φλυαρημάτων τῆς ταπεινότητος; ἡ τῶν ῥυθμῶν διαφορὰ μάλιστα, εἰ καὶ μὴ μόνη. [c]ἐν'' ἐκείνοις μὲν γὰρ οὐδὲ εἷς στίχος ἄσεμνος, οὐδ' ἀδόκιμος· ἐνταῦθα δ' ἁδεμία περίοδος, ἥτις οὐ λυπήσει. εἰρηκὼς δὲ καὶ περὶ τῶν ῥυθμῶν, ὅσην δύναμιν ἔχουσιν, ἐπὶ τὰ λειπόμενα μεταβήσομαι.

ιθ. [f]Ἡν δέ μοι τρίτον θεώρημα τῶν ποιούντων τὴν καλὴν ἁρμονίαν ἡ μεταβολή. λέγω δὲ οὐ τὴν ἐκ τῶν κρειττόνων ἐπὶ τὰ χείρω· πάνυ γὰρ εὔηθες· οὐδέ γε τὴν ἐκ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττω· ἀλλὰ τὴν ἐν τοῖς ὁμοιοδέσι ποικιλίαν. [d]κόρον γὰρ ἔχει καὶ τὰ καλὰ πάντα, ὥσπερ καὶ τὰ ἡδέα, μένοντα ἐν τῇ ταυτότητι· ποικιλλόμενα δ' ἐν ταῖς μεταβολαῖς [e]ὡς ἀεὶ'' καινὰ μένει. [f]ἐν τοῖς μὲν οὖν τὰ μέτρα καὶ τὰ μέλη γράφουσιν οὐχ ἅπαντα ἔξεστι μεταβάλλειν, ἢ οὐχ ἅπασιν, οὐδ' ἐφ' ὅσον βά-

gamenta quam viliſſima? numerorum ſcilicet pedumque differentia potiſſimum, etſi ea non vnice cauſa ſit. Nam in his ne verſus quidem vnus ſua ſine dignitate, aut qui probari non mereatur: at vero in illis ne vna periodus, quae non offendat. Cum itaque iam expoſuerim, quantam vim habeant et poteſtatem numeri, ad reliqua dicenda me conferam.

XIX. Erat autem mihi commutatio, ex iis, quae pulchram faciunt orationis ſtructuram, tertia propoſita diſputatio. Mutationem autem dico, non ex melioribus in deteriora; (id enim fatui hominis eſſet) nec vero in meliora ex deterioribus: ſed eorum, quae ſunt eiuſdem generis, varietatem. Nam et pulchra omnia, ſicuti et dulcia, ſatietatem habent, quamdiu in eodem ſtatu manent: variegata vero ſemper veluti noua ſunt poſt mutationes. Iam vero carmina et verſus Lyricos ſcribentibus non omnia licet permutare, nec in omnibus, aut etiam quan- *Quibus mutationibus illuſtranda ſit oratio.*

c Deeſt *Reg.* 1. et *Colb.*
d Vide *Franc. Iunium* l. 3. c. 3. *de Pictura Veterum*, p. 173.
e Deſunt *Reg.* 1. et *Colb.*
f Praepoſitio ἐν tollenda eſt. Neque enim ſenſus eſt: *in quibuſdam rebus.* Error fortaſſe ex ſuperiori ἐν ταῖς ortum duxit, quam particulam contextui paullo poſt ante ἅπασιν ſi quis inferat, haud male, vt puto, fecerit: hoc modo: ἢ οὐχ ἐν ἅπασιν. *Vpt.*

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

λονται[g] αὐτίκα.[h] τοῖς μὲν ἐποποιοῖς μέτρον οὐκ ἔξεστι
μεταβάλλειν, ἀλλ' ἀνάγκη, πάντας εἶναι τοὺς στίχους ἑξα-
μέτρους· οὐδέ γε ῥυθμὸν, ἀλλὰ τοῖς ἀπὸ μακρᾶς ἀρχο-
μένοις συλλαβῆς χρήσονται,[i] καὶ οὐδὲ τούτοις ἅπασι· τοῖς
δὲ τὰ μέλη γράφουσι τὸ μὲν τῶν Στροφῶν τε καὶ [k]Ἀν-
τιστρόφων οὐχ οἷόν τ' ἀλλάξαι μέλος, ἀλλ' ἐάν τ' [l]Ἐναρ-
μονίους, ἐάν τε Χρωματικὰς, ἐάν τε Διατόνους ὑπόθω-
ται μελῳδίας, ἐν πάσαις δεῖ ταῖς Στροφαῖς τε καὶ Ἀν-
τιστρόφοις τὰς αὐτὰς ἀγωγὰς φυλάττειν· οὐδέ γε τοὺς πο-
ριέχοντας ὅλας τὰς Στροφὰς ῥυθμοὺς [m]καὶ Ἀντιστροφάς

quantum velint. Nequeunt ſiquidem Epici poëtae menſuram carminis immutare, cum verſus omnes ſex pedibus conſtent neceſſe eſt; nec quidem numeros, cum iis, qui incipiant a longa ſyllaba, vti debeant, nec his tamen omnibus: Lyrici etiam nec Stropharum poſſunt, nec Antiſtropharum, cantus immutare; nam, ſeu melodias Enharmonicas, ſeu Chromaticas, ſeu Diatonicas ſcribant, eoſdem perpetuo ductus in omnibus, tam Strophis, quam Antiſtrophis, ſeruare oportet. neque adeo pedes ſunt immutandi, quibus Strophae et Antiſtrophae continentur ſed

g Αὐτίκα] Ab illo αὐτίκα, quod perperam iungitur cum βάλλοντα, incipere debet ſequens comma, vt conſtat ex p. 53. v. 14. et p. 56. v. 31. [edit. Hudſon.] *Vpt.*

h Forſan, inſerta rationali coniunctione, legendum: τοῖς μὲν γὰρ Ἐποποιοῖς. *Sylb.*

i Senſus eſt: *nec his tamen perpetuo.* nam interdum μέτρῳ ἀκεφάλῳ, vt vocant, vtuntur poëtae: vt: Ἐπειδὴ νηάς τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο. Ponitur etiam pro dactylo, ſeu ſpondeo, anapaeſtus; vt: *Fluuiorum rex, Eridanus:* et: *Vehemens et liquidus, puroque ſimillimus amni. Vpt.*

k Malim ἀντιστροφῶν, itidemque paullo poſt ἀντιστροφαῖς, ſicut ſcilicet infra habemus ἀντιστροφάς. *Sylb.*

l Vide *Ariſtoxeni* Harmonica l. 2. p. 44. *Euclidis* Introductio Harm. p. 9. *Ariſtiden Quinctilianum* de Muſica l. 1. p. 18. et l. 2. p. 111. *Macrobii* Comm. l. 2. c. 4. et *Mart. Capellae* de nuptiis Philol. l. 9. Ed. *Amſtel.*

m Καὶ τὰς ἀντιστροφὰς *Reg.* 1. et *Colb.* Poſt ἀντιστροφὰς deſiderari videtur μετ' βάλλειν ἔξεστι vel οὐχ οἷόν τε ἀλλάξαι, vt ſupra: καὶ ἀντιστρόφων οὐχ οἷόν τε ἀλλάξαι μέλος. *Sylb.*

n Ἐπω-

ἀλλὰ δεῖ καὶ τούτους τοὺς αὐτοὺς διαμένειν. περὶ δὲ τὰς καλουμένας [n]Ἐπῳδὰς ἀμφότερα κινεῖν ταῦτ' ἔξεστι, τό τε μέλος καὶ τὸν ῥυθμόν· τά τε κῶλα, ἐξ ὧν ἑκάστη συνέστηκε περίοδος, ἐπὶ πολλῆς ἐξουσίας δέδοται αὐτοῖς ποικίλως διαιρεῖν, ἄλλοτε ἄλλα μεγέθη καὶ σχήματα αὐτοῖς περιτιθέντας, ἕως ἂν ἀπαρτίσωσι τὴν Στροφήν· ἔπειτα πάλιν δεῖ τὰ αὐτὰ μέτρα καὶ κῶλα ποιεῖν.

Οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι μελοποιοὶ, λέγω δ' Ἀλκαῖόν τε καὶ Σαπφὼ, μικρὰς ἐποιοῦντο Στροφάς· ὥστε ἐν ὀλίγοις τοῖς κώλοις ὑπὸ πολλὰς εἰσῆγον τὰς μεταβολὰς, Ἐπῳδοῖς τε πάνυ ἐχρῶντο [o]ὀλίγοις· οἱ δὲ περὶ Στησίχορόν τε καὶ Πίνδαρον, μείζους ἐργασάμενοι τὰς περιόδους, εἰς πολλὰ μέτρα καὶ κῶλα διένειμαν αὐτὰς, οὐκ ἄλλου τινὸς, ἢ τῆς μεταβολῆς, ἕνεκα. οἱ δέ γε Διθυραμβοποιοὶ καὶ τὸν τρόπον μετέβαλλον, [p]Δωρίζοντες τε καὶ Φρυγίζοντες καὶ Λυδίζοντες [q]ἐν τῷ ἁρμονίᾳ ποιοῦντες· καὶ τὰς

sed iidem ipſi permaneant oportet. Verum in Epodis appellatis haec vtraque, et cantum et numeros, mouere licet; membra etiam, quibus ſingulae conſtant periodi, multa cum libertate variis modis diſtinguere conceſſum eſt, aliis atque aliis magnitudinibus atque figuris illis appoſitis, vſque dum totam abſoluerint Strophan: deinde eadem metra, eadem iterum membra ſunt conficienda.

Et quidem veteres Lyrici, Alcaeum dico et Sappho, paruas fecerunt Strophas; ita vt in paucis membris non crebras mutationes induxerint, atque Epodis vſi fuerint breuiſſimis. Steſichorus vero et Pindarus, cum ampliores periodos facerent, in plures verſus et membra eas diuiſerunt, non alius cuiuſdam, quam permutationis, amore et ſtudio. Quin et Dithyrambici modos immutarunt, Dorios et Phrygios et Lydios cantico adhibentes: alias etiam aliaſque

n Ἐπῳδὰς *Reg.* 1. et *Colb.* vt mox ἐπῳδοῖς τε πάνυ ἐχρῶντο ὀλίγοις, atque ita legendum eſſe monuit *Sylb.*

o Rectius ὀλίγαις. *Sylb.*

p Vide *Ariſtidem Quinctilianum* de Muſica l. 2. p. 25. etc. et *Lucianum* ſub initium *Harmodiae*, et *Schottum* ad *Procli* Chreſtom. p. 44.

q Ἐν αὐτῷ ἁρματι *Reg.* 1. et 2. Ἐν τῷ αὐτῶν ἁρματι *Colb.*

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

μελῳδίας ἐξήλλαττον, τοτὲ μὲν ἐναρμονίους ποιοῦντες, τοτὲ δὲ Χρωματικὰς, τοτὲ δὲ Διατόνους· καὶ τοῖς ῥυθμοῖς κατὰ πολλὴν ἄδειαν ἐνεξουσιάζοντες διετέλουν· οἵ γε δὴ κατὰ Φιλόξενον καὶ Τιμόθεον[r] καὶ Τελεστὴν· ἐπεὶ παρά γε τοῖς ἀρχαίοις τεταγμένος ἦν ὁ Διθύραμβος. ἡ δὲ πεζὴ λέξις[s] ἅπασαν ἐλευθερίαν ἔχει καὶ ἄδειαν ποικίλλειν ταῖς μεταβολαῖς τὴν σύνθεσιν, ὅπως βάλεται.

aliaſque fecerunt melodias, modo Enharmonicas, modo Chromaticas, modo Diatonicas; necnon multa vſi libertate, ſeu legibus ſoluti potius, pedes efformarunt, (Philoxenum dico atque Timotheum et Teleſtem) cum iam a veteribus conſtitutus eſſet Dithyrambus. Oratio vero ſoluta nullam non habet libertatem, omni ſepoſito metu, ſuam, vt voluerit, variis mutationibus ornandi compoſitionem.

Illa

r Τιμόθεον] Intellige *Cytherium:* de quo videndus eſt *Voſſius* in *Inſtitut. Poët.* l. III. c. 16.

s Ἡ δὲ πεζὴ λέξις] Numerum atque concentum ad amuſſim examinari, veteres in ſolo carmine et poëmate voluerunt, non item in ſermone. Cauſa fuit, quoniam in illis totum hoc quaerebant, quod Graece dicunt ἐμμελὲς et ἐῤῥυθμον. In oratione itaque ſoluta non cernitur haec harmoniae perfectio: ſed tamen obſcure adhibetur. Haec diligentia cum commendetur a Dionyſio in Graecis, in Cicerone etiam obſeruari poteſt. Proponamus igitur loco exempli verba haec, ex oratione pro Milone: *Eſt enim, iudices, haec non ſcripta, ſed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus; verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus: ad quam non docti, ſed facti: non inſtituti, ſed imbuti ſumus.* In hoc exemplo quatuor *metaboles* concinnitatis partes obſeruare poteris, ſi paullum ordinem mutaueris: erit enim ſtrophe: *Hanc non didicimus, accepimus, legimus:* ſequitur antiſtrophe, principio ſimilis: *Verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus,* poſtea ſequitur extenſio: *Ad quam non docti, ſed facti: non inſtituti, ſed imbuti ſumus.* claudit epiphonemate, tanquam epodo: *Haec enim lex, iudices, non ſcripta, ſed nata eſt.* Huius ergo loci in hunc modum diſpoſita concinnitas quatuor *metaboles* partes habebit manifeſtas. *Bircou.*

t Ἀλ-

Καὶ ἔστι λέξις κρατίστη πασῶν, ἥτις ἂν ἔχοι πλείσας ἀναπαύλας τε καὶ μεταβολὰς ἁρμονίας, ὅταν τοτὲ μὲν ἐν περιόδῳ λέγηται, τοτὲ δ' ἔξω περιόδου· καὶ ἥδε μὲν ἡ περίοδος ἐκ πλειόνων πλέκηται κώλων, ἥδε δ' ἐξ ἐλαττόνων· αὐτῶν δὲ τῶν κώλων τὸ μὲν βραχύτερον ἦ, τὸ δὲ μακρότερον· καὶ τὸ μὲν αὐτῶν γοργότερον, τὸ δὲ βραδύτερον, τὸ δ' ἀκριβέστερον· ῥυθμοί τ' [t]ἄλλοι καὶ σχήματα παντοῖα, καὶ τάσεις φωνῆς αἱ καλούμεναι προσῳδίαι διάφοροι, κλέπτουσαι τῇ ποικιλίᾳ τὸν κόρον. ἔχει δέ τινα χάριν ἐν τοῖς τοιούτοις καὶ τὸ ὕστω [u]συγκείμενον, ὥστε μὴ συγκεῖσθαι δοκεῖν. ὑπολλῶν δ' οἶμαι δεῖν λόγων εἰς τοῦτο τὸ μέρος· ὅτι γὰρ ἥδιόν τε καὶ κάλλιον ἐν λόγοις ἡ μεταβολὴ, πάντας εἰδέναι πείθομαι. παράδειγμα δ' αὐτῆς ποιοῦμαι πᾶσαν μὲν τὴν Ἡροδότου λέξιν, πᾶσαν δὲ τὴν Πλάτωνος, πᾶσαν δὲ τὴν Δημοσθένους· ἀμήχανον γὰρ εὑρεῖν τούτων ἑτέρους ἐπεισοδίοις τε πλείοσι, καὶ ποικιλίαις [x]εὐροωτέραις, καὶ σχήμασι πολυειδεστέροις

Illa autem omnium praeſtantiſſima habenda eſt dictio, quae plurimis gaudeat intermiſſionibus et ſtructurae permutationibus; cum quaedam periodo incluſa, quaedam extra periodum efferantur; cumque altera ex pluribus membris periodus, altera ex paucioribus componatur: tum vero ex membris, cum hoc breuius, illud longius; aliud velocius, aliud remiſſius, aliud denique accuratius ſit: numeri praeterea quum diuerſi, diuerſae figurae, vociſque variae intenſiones, qui accentus vocantur, ſua varietate faſtidium ſatietatemque ſurrepturae. Nec ſua interim gratia caret, quod ita conſtituitur, vt *arte* minime conſtitutum videatur. Neque longo, vt arbitror, ſermone opus eſt, ad hanc partem *confirmandam:* nam in oratione nihil varietate ſuauius eſſe, omnes intelligere perſuaſum habeo. Cuius mihi exemplo eſt tota Herodoti, tota Platonis, tota denique Demoſthenis locutio: (neque enim poſſumus alios reperire, qui epiſodiis frequentioribus, qui varietate affluentiori, qui figuris multi-

Quae dictio praeſtantiſſima haberi debeat.

t Ἄλλοτε ἄλλοι *Reg.* 1. et 2. et *Colb.*

u *Wolfius* pro συγκείμενον legit συγκεῖσθαι. *Sylb.*

x Ferri poteſt. poteſt tamen

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

χρησαμένης· λέγω δὲ τὸν μὲν, [y] ὡς ἐν ἱστορίας σχηματισμῷ· τὸν δὲ, ὡς ἐν διαλόγων χάριτι· τὸν δὲ, ὡς ἐν λόγων ἐναγωνίων χρείᾳ. ἀλλ' ἐχ ἥγ' Ἰσοκράτης καὶ τῶν ἐκείνῳ γνωρίμων αἵρεσις ὁμοία [z] ταύταις ἦν· ἀλλὰ καίπερ ἡδέως καὶ μεγαλοπρεπῶς πολλὰ συνθέντες οἱ ἄνδρες ἔτοι, περὶ τὰς μεταβολὰς καὶ τὴν ποικιλίαν ἐ πάνυ εὐτυχῆσιν· ἀλλ' ἔστι παρ' αὐτοῖς εἷς περιόδε κύκλος, ὁμοειδὴς σχημάτων τάξις, συμπλοκὴ φωνήεντων ἡ αὐτή· [a] ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα [b] κόπτοντα τὴν ἀκρόασιν. ἃ δὴ ἀποδέχομαι [c] τὴν αἵρεσιν ἐκείνην κατὰ τοῦτο τὸ μέρος. καὶ αὐτῷ μὲν ἴσως τῷ Ἰσοκράτει πολλαὶ χάριτες ἐπήνθων ταύτην ἐπικρύπτουσαν τὴν ἀμορφίαν· παρὰ δὲ τοῖς μετ' ἐκεῖνον ἀπ' ἐλαττόνων τῶν ἄλλων κατορθωμάτων περιφανέστερον γίνεται τοῦτο τὸ ἁμάρτημα.

multiformioribus vſi ſint) illum dico hiſtoriae conformatione, alterum ſuauitate dialogorum, tertium orationum forenſium vſu. Atqui Iſocratis eiuſque familiarium ſecta neutiquam videtur illis comparanda; nam multa quamuis hi ſcriptores iucundiſſima componant, et ſatis cum maieſtate; haud tamen in commutanda orationis ſtructura et varietate admodum ſunt felices; eſt enim iis vnus idemque periodi circulus, vniformis figurarum ſtructura, eadem vocalium implicatio, aliaque eiuſdem generis multa, quae aures offendunt. qua in parte ſectam hanc probare equidem non poſſum. Fortaſſe ſane multae apud Iſocratem efloreſcant gratiae, quae naeuos huiuſmodi occultent: apud eos vero, qui ſecuti ſunt illum, cum multo rarius felici *in ſcribendo* vtantur ſucceſſu, id vitium apparet manifeſtius.

XX. Ad-

admitti εὐχροωτέραις. illud *pulchrius fluentes*, hoc *elegantius coloratas* ſignificat. *Sylb.*

y Ὡς ἐν ἱστορίαις σχηματισμῷ, τὸν δὲ ὡς ἐν διαλόγοις χάριτι *Reg.* 1. et *Colb.*

z Τούτοις legendum arbitror, vt referatur ad *Demoſthenem* et *Platonem* et *Herodotum*. *Vpt.*

a Copulatiua particula deſideratur, vt ſit καὶ ἄλλα πολλὰ, vel ἄλλα τε πολλὰ τοιαῦτα. *Vpt.*

b Huius rei exempla complura ex *Iſocrate* collegit *Ariſtot.* Rhet. l. 3. c. 9. *Vpt.*

c Τὴν διαίρεσιν *Reg.* 1. et *Colb.*

d Mu-

κ'. Εἷς ἔτι μοι καταλείπεται λόγος ὁ περὶ τῦ πρέποντος. [d] ὡς γὰρ τοῖς ἄλλοις σχήμασιν ἅπασι παρεῖναι δεῖ τὸ πρέπον· καὶ εἴ τι ἄλλο ἔργον ἀτυχεῖ τύτυ τῦ μέρους, εἰ καὶ μὴ τῦ παντὸς, τῦ κρατίστυ γ' ἀτυχεῖ. περὶ μὲν ἂν ὅλης τῆς ἰδέας ταύτης ἐχ ἧττος ὁ καιρὸς ἀνασκοπεῖν· βαθεῖα γάρ τις αὕτη καὶ πολλῶν πάνυ δεομένη λόγων ἡ θεωρία. ὅσα δ' εἰς τῦτο συντείνει τὸ μέρος, ὑπὲρ ἃ τυγχάνω ποιούμενος τὸν λόγον, εἰ μὴ καὶ τὰ πάντα, μηδὲ τὰ πλεῖστα, ὅσα γ' οὖν ἐγχωρεῖ, λεγέσθω.

Ὁμολογυμένυ δὴ παρὰ [e] πᾶσιν, ὅτι πρέπον ἐστὶ τὸ τοῖς ὑποκειμένοις ἁρμόζον προσώποις τε καὶ πράγμασιν, ὥσπερ ἡ ἐκλογὴ τῶν ὀνομάτων, ἡ μέν τις ἂν εἴη πρέπυσα τοῖς ὑποκειμένοις, ἡ δ' ἀπρεπὴς, ἔτω δή πυ

XX. Adhuc vna mihi reſtat quaeſtio explicanda, de Decoro. reliquis enim omnibus dicendi formis adſit decorum neceſſe eſt: quam partem ſi quod opus non fuerit affecutum, etſi haud de toto, re tamen praeſtantiſſima, decidet. Sed de genere quidem vniuerſo ſermonem inſtituere, non huius eſt temporis. nam profunda eſt, et quae copioſa admodum oratione egeat, contemplatio. Quae vero ad hanc partem, de qua mihi nunc ſermo eſt, pertineant, etſi non omnia, neque adeo plurima, quae tamen locus ſibi poſtulat, dicentur. *Quibus modis decora fiat orationis ſtructura.*

Cum apud omnes in confeſſo ſit, id decorum eſſe, quod perſonis rebuſque ſubiectis conuenit; idcirco ſicuti delectui verborum, alter vt argumento ſit accommodus, alter vero non ita, ita etiam collo-

d Mutila mihi videtur haec ſententia, et verba iſtiuſmodi (ὑπ' ἐμῦ πρότερον εἰρημένα) e contextu poſt τὸ πρέπον excidiſſe ſuſpicor. *Vpt.* Vide §. 11. et 13.

e Ὁμολογυμένυ δὴ παρὰ] Decorum poſitum eſt, vel in ſermone moribus perſonae idoneo, ſcilicet vt temere loquatur puer, ſollicite mater, perturbatus exclamet: vt Aeneid. II. v. 66. *Namque, vt conſpectu in medio turbatus inermis Conſtitit, atque oculis Phrygia agmina circumſpexit: Heu! quae nunc tellus, inquit, quae me aequora poſſunt Accipere?* vel in apta compoſitione verborum, quaſi res ipſa ante oculos habeatur: non ſolum enim perſonae moribus neceſſe eſt conuenire dictionem, ſed etiam rebus. *Bircou.*

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

καὶ ἡ σύνθεσις. παράδειγμα δὲ τούτου χρὴ παραλαμβάνειν τὴν ἀλήθειαν. ὃ δὲ λέγω, τοιοῦτόν ἐστιν· ἀφ' ὁμοίας συνθέσει χρώμεθα [f] ὀργιζόμενοι καὶ χαίροντες, ἀδ' ὀλοφυρόμενοι καὶ φοβούμενοι, ἀδ' ἐν ἄλλῳ τινὶ πάθει, ἢ κακῷ [g] ὄντες, ὥσπερ ὅταν ἐνθυμώμεθα, καὶ μηδὲν ἡμᾶς ὅλως ταράττῃ, μηδὲ παραλυπῇ. δείγματος, ἢ παραδείγματος ἕνεκα ταῦτα εἴρηκα ὀλίγα περὶ πολλῶν, ἐπεὶ μυρία ὅσα τις αἴτια εἰπεῖν ἔχοι, τὰς ἰδέας ἁπάσας ἐκλογίζεσθαι βουλόμενος τοῦ πρέποντος. ἓν δὲ, ὃ προχειρότατον ἔχω καὶ κοινότατον εἰπεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ, τοῦτο ἐρῶ. οἱ αὐτοὶ ἄνθρωποι ἐν τῇ αὐτῇ καταστάσει τῆς ψυχῆς ὄντες, ὅταν ἀπαγγέλλωσι τὰ πράγματα, οἷς ἂν παραγενόμενοι τύχωσιν, ἀφ' ὁμοίας χρῶνται συνθέσει περὶ πάντων, ἀλλὰ μιμητικοὶ γίνονται τῶν ἀπαγγελλομένων, καὶ ἐν τῷ συντιθέναι τὰ ὀνόματα ἁδὲν ἐπιτηδεύοντες, ἀλλὰ φυσικῶς ἐπὶ τοῦτο ἀγόμενοι. ταῦτα δὲ παρατηροῦντα δεῖ τὸν ἀγαθὸν ποιητήν τε καὶ

collocationi accidit. Cui rei illustrandae ipsa veritas adducenda est. quod autem dico, ita velim accipias. Non eadem nos vtimur compositione, cum irascimur et cum laetamur, cum lugemus et cum timemus, neque cum in alio quopiam affectu, aut malo versamur, vt solemus, cum nobiscum taciti res reputamus, nihilque nos omnino perturbat, molestiamue affert. Vel monendi, vel illustrandi gratia, haec a me dicta sunt, pro multis pauca: siquidem causae paene sunt infinitae, si quis singulas decori species percensere velit. Vnum autem, quod promtissimum hac de re habeo, et communissimum est, id proferam. Iidem homines, quum animorum eadem est constitutio, res gestas, quibus interesse contigit, aliis enarrantes, non simili in omnibus compositione vtuntur; sed quae referunt, figuratis gestibus imitari conantur, nullam interim curam verborum structurae habentes, eos vltro ipsa ad id ducente natura. Haec optimo cuique poëtae atque oratori

f Vide *Horatium* de Arte Poëtic. v. 92. etc.

g Deest *Reg.* 1. et *Colb.*

ῥήτορα μιμητικὸν εἶναι τῶν πραγμάτων, ὑπὲρ ὧν ἂν τοὺς λόγους ἐκφέρῃ, μὴ μόνον κατὰ τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν σύνθεσιν. ὃ ποιεῖν εἴωθεν ὁ δαιμονιώτατος [h] Ὅμηρος, καίτοι μέτρον ἔχων ἓν, καὶ

tori obseruanda sunt, vt res, de quibus sermonem instituit, non solum verborum delectu, sed orationis etiam structura imitetur. Quod in primis Homerus, ingenii vir diuinissimi, facere con-

h ὅ ποιεῖν εἴωθεν ὁ δαιμονιώτατος.] Hoc idem *πρέπον* in Virgilio videre possumus. Examinemus enim eadem forma aliquot exempla, et primo ex lib. II. Aen. v. 237. —*Scandit fatalis machina muros Foeta armis.* hic quasi oculis tarditas illa primum spondei, deinde molossi, et literarum ἀντιτυπία trahentium conatum, ipsiusque machinae pondus et resistentiam ostendit. *Scandit fatalis*, hic videtur vix posse subduci: deinde quasi in declue aliquod protracta, paullulum decurrit dactylo et spondeo, *Machina muros.* Rursum resistens, vt fieri solet, succumbentibus molliter viribus hominum, subsistit etiam, *Foeta armis.* nec tantum subsistit ratione pedum, sed etiam lassitudinem trahentium, interceptionem spiritus, collisione vocalium expressit. Item illud, quod sequitur: *Illa subit, mediaequae minans illabitur vrbi.* Hic syllaba *Nans*, veluti pendentem, et tanquam suspensam anteriorem partem equi ostendit. Nam literae *N* natura sursum spiritum trahit, et linguam palato suspendit: tum quies inter hanc et secundam dictionem motum dirimit, vt paullulum ex eo loco prospectasse vrbem totam vndique arbitreris. Iam post paruam quietem statim illa machina prona ruit: *Illabitur vrbi.* Hic ergo pedes exprimunt rei naturam. Quomodo vero literae exprimant naturas rerum, apud eundem multis locis notari potest. et primum in illo Aeneid. X. v. 336. *Et iacit: illa volans clypei transuerberat aera.* Nam tres sunt in hoc versu varietates, a totidem rebus. Primo enim iactus est, qui per *T* repraesentatur, quia conatum ostendit: deinde volatum exprimit, qui per *L* literam saepius inculcatam notatur: postremo est armorum transuerberatio, qui motus, quia est in re dura ferrea, ideo per literam *R* exprimitur. Item lib. II. Aeneid. v. 304. multam vocum asperitatem, multumque horrorem in iis quaesiuit, quae natura sic erant: *In segetem veluti cum flamma furentibus Austris*

ῥυθμὸς ὀλίγος, ἀλλ' ὅμως ἀεί τι καινοεργῶν ἐν τούτοις καὶ φιλοτεχνῶν· ὥστε μηδὲν ἡμῖν διαφέρειν γινόμενα τὰ

consueuit; vno quanquam carminis genere vteretur, et pedibus paucissimis: nouitatis tamen vbique adeo studiosus est, adeo arti curiosae deditus, vt parum interfit, remne oculis gestam in- tuea-

Avstris Incidit, aut rapidus montano flumine vorrens Sternit agros, sternit sata laeta, boumque labores; Praecipitesque trahit syluas: stupet inscius alto Accipiens sonitum saxi de vertice pastor. Hic plures sunt renitentiae asperitates, quam dictiones. *Flamma furentibus Avstris*: *Torrens rapidus*: omnia haec aspera sunt, et furorem imitantia: *Montano* vastum: in *Flumine* prima syllaba insuauis est. *Sternit* asperum est, cum natura caninae literae, tum *antitypia* eiusdem cum *N*. *Agros sternit* asperum. *Sternit sata laeta* disyllabae dictiones tres, duae vastae, vna aspera. *Boumque* mugitum refert, et sonitum, quem inter montes referunt *cataclysmi*. *Praecipitesque*, hic est rictus caninae literae, nulla vero consonans suauis, aut liquida mixta: quin etiam ipsae vocales stridulae, minimumque iucundae sunt. *Trahit syluas, antitypia T* et *S*, *L* et *V* consonantis, et plusquam agrestis expressa natura semiuocali *S*. quae sequuntur, non tam horrida videntur, quam affecta. *Stupet* enim breuitate syllabarum et tenuitate consonantium, ac vocalium ingratitudine, spiritum tanquam defecisse docet pastoris illius, quem solitudo etiam deterrebat. *Inscius alto*, suauius est, et dignum miseri cordia. Sic et moestum, quod sequitur, ob vocalium tristitiam: *Accipiens sonitum saxi de vertice pastor*. Aliud exemplum ex eodem lib. II. Aeneid. v. 172. *Vix positum castris simulacrum; arsere coruscae Luminibus flammae arrectis, salsusque per artus Sudor iit. terraque ipsa solo (mirabile dictu) Emicuit, parmamque ferens hastamque trementem.* Haec non tam a Sinone dicta, quam timore et horrore signata, esse videntur. Sic Cicero in Miloniana cap. 10. exiguas voces accumulans, muliebrem cerre moram expressit: *Paulisper dum se vxor, (vt fit) comparat, commoratus est.* Dionysii exemplum (ex Homero allatum) refert illud Virg. lib. VI. *Saxum ingens voluunt alii.* Nam densitatem consonantium insuauium habet: canina siquidem litera in principio ponitur *S*: *A* vero amplitudinem habet: elisio vero hiatum et defatigationem designat: *antitypiam* vero, *S* et *V* consonantes. *Bircov.*

i Ex

πράγματα, ἢ λεγόμενα ὁρᾶν. ἐρῶ δ' ὀλίγα, οἷς ἄν τις δύναιτο παραδείγμασι χρῆσθαι ἐπὶ πολλῶν.

Ἀπαγγέλλων ἂν πρὸς τὰς Φαίακας Ὀδυσσεὺς τὴν ἑαυτῶ πλάνην, καὶ τὴν εἰς ᾅδου κατάβασιν εἰπών, τὰς ὄψεις τῶν ἐκεῖ κακῶν ἀποδίδωσιν. ἐν δὲ τούτοις καὶ τὰ περὶ τὸν Σίσυφον διηγεῖται πάθη, ᾧ φασι τὰς καταχθονίους θεὰς ὅρον πεποιῆσθαι τῆς τῶν δεινῶν ἀπαλλαγῆς, ὅταν ὑπὲρ ὄχθου τινὸς ἀνακυλίσῃ πέτρον τινά· τοῦτο δ' ἀμήχανον εἶναι, καταπίπτοντος, ὅταν εἰς ἄκρον ἔλθῃ, πάλιν τῶ πέτρω. πῶς ἂν δηλώσει ταῦτα μιμητικῶς, καὶ κατ' αὐτὴν τὴν σύνθεσιν τῶν ὀνομάτων, ἄξιον ἰδεῖν.

[i] Καὶ μὴν Σίσυφον εἰσεῖδον κρατερὰ ἄλγε' ἔχοντα,
Λᾶαν βαστάζοντα πελώριον ἀμφοτέρῃσιν.
Ἦτοι ὁ μὲν σκηριπτόμενος χερσίν τε ποσίν τε,
[k] Λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον. —

ἐνταῦθα ἡ σύνθεσίς ἐστιν ἡ δηλοῦσα τῶν γινομένων ἕκαστον, τὸ βάρος τῶ πέτρω, τὴν ἐπίπονον ἐκ τῆς γῆς κίνησιν, τὸν

tueamur, an ab eo enarratam. Pauca proferam, quibus exemplorum loco ad multa vti liceat.

Vlysses suos dum Phaeacibus errores narrat, descensu ad inferos explicato, malorum istius loci expressam oculis imaginem repraesentat. Inter alia et Sisyphi miserias recensет: cui metam hanc calamitatis finiendae deos inferos ferunt constituisse, vbi supra montem quendam saxum ingens protruserit: quod tamen fieri neutiquam potest, saxo rursus, vbi ad summum peruenerit, relabente. Haec autem qua imitatione expresserit per ipsam verborum structuram, operae pretium est videre.

Sisyphon adspexi duros perferre dolores,
Saxum vtraque manu gestantem pondere vasto.
Ille quidem manibusque humerisque volubile saxum
Ad iuga connixus trudit. —

Hic structura est eiusmodi, vt oculis res singulas subiiciat; saxi pondus, laboriosum eius e terra motum, Sisyphum modo totis

i Ex Odyss. λ. v. 492.
k Vide *Demetrium Phalè-*reum §. 72. et *Gellium* l. 2. c. 30. et l. 7. c. 20.

* Nemo

διερειδόμενον τοῖς κώλοις, τὸν ἀναβαίνοντα πρὸς τὸν ὄχθον, τὴν μόγις ἀνωθουμένην πέτραν. ἀδεὶς ἂν [l]ἄλλως εἴποι, παρά τί γέγονε τούτων ἕκαστον· ἀ γὰρ εἰκῇ, ἀδ' ἀπὸ ταὐτομάτου. [m]πρῶτον μὲν τοῖς δυσὶ στίχοις, ἐν οἷς ἀνακινεῖ τὴν πέτραν, ἔξω δυοῖν ῥημάτων τὰ λοιπὰ τῆς λέξεως μόρια πάντα ἐστὶν ἤτοι δισύλλαβα, ἢ μονοσύλλαβα· ἔπειτα ἡμίσει πλείοις εἰσὶν αἱ μακραὶ συλλαβαὶ τῶν βραχειῶν [n]ἐν ἑκατέρῳ τῶν στίχων· ἔπειθ' ἅπασαι διαβεβήκασιν αἱ τῶν ὀνομάτων ἁρμονίαι διαβάσεις εὐμεγέθεις, καὶ διεξήκασι πάνυ αἰσθητῶς, ἢ τῶν φωνηέντων συγκρουομένων, ἢ τῶν ἡμιφώνων τε καὶ ἀφώνων συναπτομένων· ῥυθμοῖς τε καὶ δακτύλοις καὶ σπονδείοις τοῖς μηκίστοις, καὶ πλείστην ἔχουσι διάβασιν, ἅπαντα σύγκειται. τί δὲ τούτων ἕκαστον δύναται; αἱ μὲν μονοσύλλαβοί τε καὶ δισύλλαβοι λέξεις, πολλὰς μεταξὺ

totis membris connitentem, modo cliuum adscendentem, saxumque magno vix demum labore protrusum. * Nemo sane aliud praeterea dicat, a quo haec singula proficiscantur: neque enim temere, aut casu facta sunt. Principio quidem duobus versibus, in quibus saxum protrudit, duabus exceptis vocibus, reliquae omnes orationis partes sunt aut disyllabae, aut monosyllabae: deinde longae breuibus fere dimidio plures sunt in vtroque versu: omnes praeterea vocabulorum harmoniae latis progrediuntur passibus, et sensili admodum discrimine dirimuntur, aut collisu inter se vocalibus, aut semiuocalibus mutisque coniunctis: ex numeris etiam dactylicis spondaicisque, qui longissimi sunt latoque incedunt gressu, tota componuntur. † Quid igitur valent haec singula? monosyllabae quidem et dissyllabae dictiones, longo a se inuicem

* Nemo sane efferret singula, supra quam facta sunt. *Birc.*

l Arbitror legendum ἄλλως. Fortasse etiam hoc modo: ἀδεὶς ἂν εἴποι, παρὰ τί ἄλλο γέγονε τούτων ἕκαστον.

m Πρῶτον τοῖς β'. στίχοις, οἷς etc. *Reg.* 1. et *Colb.*

n Ἐν ἑκατέρῳ τῷ στίχῳ *Colb.* Quod quidem, de hisce duobus vltimis versibus intelligendum, haud adeo verum esse notauit *Vpt.*

* Sed quo haec pertineant? *Schott.*

o Vide

χρόνους ἀλλήλων ἀπολείπουσαι, τὸ χρόνιον ἐμιμήσαντο τοῦ ἔργου· αἱ δὲ μακραὶ συλλαβαί, [o]σηριγμούς τινας ἔχουσαι καὶ ἐγκαθίσματα, τὴν ἀντιτυπίαν, καὶ τὸ βαρύ, καὶ τὸ μόγις· τὸ δὲ μεταξὺ τῶν ὀνομάτων [p]ψύγμα, καὶ ἡ τῶν τραχυνόντων γραμμάτων παράθεσις, τὰ διαλείμματα τῆς ἐνεργείας, ἐποχάς τε καὶ τοῦ μόχθου μέγεθος· οἱ ῥυθμοὶ δ' ἐν μήκει θεωρούμενοι, τὴν ἔκτασιν τῶν μελῶν, καὶ τὸν διελκυσμὸν τοῦ κυλίοντος, καὶ τὴν τοῦ πέτρου ἔρεισιν. καὶ ὅτι ταῦτ' ἀ φύσεώς ἐστιν αὐτοματιζούσης ἔργα, ἀλλὰ τέχνης μιμήσασθαι τὰ γινόμενα πειρωμένης, τὰ τούτοις ἑξῆς λεγόμενα δηλοῖ. τὸν γὰρ [q]ἀπὸ κορυφῆς ἐπισείοντα πάλιν καὶ κατακυλιόμενον πέτρον ἀ τὸν αὐτὸν ἡρμήνευκε τρόπον, ἀλλ' ἐπιταχύνας τε καὶ συσπάσας τὴν σύνθεσιν. προειπὼν γὰρ ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι·

— ἀλλ' ὅτε μέλλοι
Ἄκρον ὑπερβαλέειν —·

inuicem temporum interuallo distantes, referunt moram ac diuturnitatem rei: syllabae autem longae, stabilitate quadam atque tarditate gaudentes, renixum, grauitatem, difficultatemque: facta vero inter vocabula respiratio, et densa literarum asperrimarum positio, operis intermissionem, impedimenta, et laboris magnitudinem: numeri denique quoad longitudinem spectati, membrorum extensionem, proueluentis molitionem, saxique resistentiam obfirmatam repraesentant. Haec autem non esse naturae, sua se sponte offerentis, opera, sed artis omnino, quae res gestas imitari conetur, ex his, quae postea dicentur, patet. Lapidem etenim e vertice montis relabentem deuolutumque non eodem modo expressit; sed numeris structurae vsus incitatioribus et contortis. nam cum eadem dicendi forma haec esset elocutus:

— *Sed culmina iamiam*
Tacturum —:

huic

o Vide *Longinum* §. 39.

p Forsan ψῆγμα legendum. *Colb. Vpt.*

q Ἀπὸ τῆς κορυφῆς *Reg.* 1. et

r Ἐπι-

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
VI. In Simonide, praeter verborum delectum, obserua accuratam compositionis diligentiam: ad haec in commouenda miseratione virtutem (in qua parte praeferendus etiam Pindaro videtur) non nimis magnificam et vehementem, sed, qualis illi peculiaris est, mouendis affectibus idoneam.

Stesi-

e Fabius: Panyasin ex vtroque mixtum putant, in eloquendo neutrius aequare virtutes: alterum tamen ab eo materia, alterum disponendi ratione superari.

f Fabius: Nouem vero Lyricorum longe Pindarus princeps, spiritus magnificentiis, sententiis, figuris, beatissima rerum verborumque copia.

g Fabius: Simonides tenuis alio-

Στησίχορος.

ζ'. Ὄρα δὲ καὶ Στησίχορον ἔν τε τοῖς ἑκατέρᾳ τῶν προειρημένων πλεονεκτήμασι κατορθοῦντα, ἃ μὲν ἀλλὰ καὶ ὧν ἐκεῖνοι λείπονται κρατοῦντα· λέγω δὲ [h]τῆς μεγαλοπρεπείας τῶν κατὰ τὰς ὑποθέσεις πραγμάτων, ἐν οἷς τὰ ἤθη καὶ τὰ ἀξιώματα τῶν προσώπων τετήρηκεν.[i]

Ἀλκαῖος.

η. Ἀλκαίου δὲ σκόπει τὸ μεγαλοφυὲς καὶ βραχύ, καὶ ἡδὺ μετὰ δεινότητος, ἔτι δὲ καὶ τὰς σχηματισμούς, [k]μετὰ σαφηνείας, ὅσον αὐτῆς μὴ τῇ διαλέκτῳ τι πεπάκωται· καὶ πρὸ ἁπάντων τὸ τῶν πολιτικῶν πραγ-

Stesichorus.

VII. Vide etiam Stesichorum in vtriusque virtutibus eorum, quos enumerauimus, florentem, quin etiam iis, quibus illi carent, praeditum: rerum, inquam, quas tractandas sumsit, amplitudine; in quibus morum et dignitatis personarum rationem habuit.

Alcaeus.

VIII. Alcaei vero considera magnificentiam, breuitatem, ac suauitatem, acrimonia et grauitate conditam; praeterea configurationes perspicuitate temperatas, nisi quantum eam proprietas linguae vitiat: tum inprimis mores rebus ciuilibus accom-

alioqui, sermone proprio et iucunditate quadam commendari potest. Praecipua tamen eius in commouenda miseratione virtus; vt quidam in hac eum parte omnibus eiusdem operis auctoribus praeferant.

h Scriptus *Amasaei* liber habet τῇ μεγαλοπρεπείᾳ: ambigue. *Sylb.*

i Fabius: Stesichorum, quam sit ingenio validus, materiae quoque ostendunt; maxima bella et clarissimos canentem duces, et epici carminis onera lyra sustinentem. Reddit enim personis in agendo simul loquendoque debitam dignitatem.

k Scriptus *Amasaei* liber habet καὶ τὰς σαφηνείας, minus conuenienter: et mox corrupte τῇ διαλέκτῳ. *Sylb.*

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

μάτων [l] ἦθος. πολλαχῆ γᾶν τὸ μέτρον τις εἰ περιέλοι, ῥητορικὴν ἂν εὕροι πολιτείαν.[m]

θ'. Ἴωμεν ἐπὶ τὰς τραγῳδὰς, ἐκ ἐπειδὴ μὴ προσήκει πᾶσι τοῖς ποιηταῖς ἐντυγχάνειν, ἀλλ' ἐπεὶ μὴ πάντων καιρὸς ἐν τῷ παρόντι μεμνῆσθαι· τὸ δὲ τῶν ἐξαιρέτων ἱκανόν ἐστι.

Αἰσχύλος.

ί. Ὁ δ' ἓν Αἰσχύλος, πρῶτος καὶ τῆς μεγαλοπρεπείας ἐχόμενος, καὶ ἠθῶν καὶ παθῶν τὸ πρέπον εἰδὼς, καὶ τῇ τροπικῇ καὶ τῇ κυρίᾳ λέξει διαφερόντως κεκοσμημένος· πολλαχῆ δὲ καὶ αὐτὸς δημιουργὸς καὶ ποιητὴς ἰδίων ὀνομάτων καὶ πραγμάτων. Εὐριπίδῃ δὲ καὶ Σοφοκλεῖ καὶ ποικιλώτερος ταῖς τῶν προσώπων εἰσαγωγαῖς.[n]

accommodatos. Saepe sane, si versum detraxeris, forensem inuenies orationem.

IX. Nunc ad poëtas tragicos nos conferamus, non quod omnes poëtas voluere non debeamus; sed quod hic locus minime postulet, vt omnium in praesentia mentionem faciamus: de praecipuis dixisse sufficiat.

Aeschylus.

X. Aeschylus igitur primus orationis magnificentiae et amplitudini studuit, et decorum tum in concitatis affectibus exprimendis seruauit, tum conuersa et propria dictione mirum in modum ornatus: in verbis etiam propriis et rebus condendis atque innouandis frequens est. Euripide et Sophocle in ducendis personis magis varius.

Sopho-

l Illud ἦθος abest ab eodem libro. Ibidem mox fortasse inuerso verborum ordine legendum: πολιτικὴν ἂν εὕροι ῥητορείαν. *Sylb.*

m Fabius: Multum etiam moribus confert; in eloquendo quoque breuis, et magnificus, et diligens.

n Fabius: Tragoedias primus in lucem Aeschylus protulit, sublimis, et grauis, et grandiloquus, saepe vsque ad vitium.

o For-

Σοφοκλῆς καὶ Εὐριπίδης.

ιά. Σοφοκλῆς δ' ἐν τοῖς πάθεσι διήνεγκε, τὸ τῶν προσώπων ἀξίωμα τηρῶν. Εὐριπίδης μέν γ' ἀ τὸ ὅλον ἀληθὲς καὶ προσεχὲς τῷ βίῳ τῷ νῦν [o] ἥρεσεν· ὅθεν τὸ πρέπον αὐτὸν καὶ κόσμιον πολλαχῆ διέφυγε. καὶ ἀχὶ τὰ [p] γενικὰ καὶ μεγαλοφυῆ τῶν προσώπων ἤθη καὶ πάθη, καθάπερ Σοφοκλῆς, κατώρθωσεν· εἰ δέ τι ἄσεμνον καὶ ἀνανδρον καὶ ταπεινὸν, σφόδρα ἰδεῖν ἐστιν αὐτὸν ἠκριβωκότα. καὶ Σοφοκλῆς μὲν ἀ περιττὸς ἐν τοῖς λόγοις, ἀλλ' ἀναγκαῖος· ὁ δ' Εὐριπίδης πολὺς ἐν ταῖς ῥητορικαῖς εἰσαγωγαῖς. καὶ ὁ μὲν ποιητικός ἐστιν ἐν τοῖς ὀνόμασι, καὶ πολλάκις ἐκ πολλῆ τῆ μεγέθος εἰς διάκενον κόμπον ἐκπίπτων, οἷον εἰς ἰδιωτικὴν παντάπασι ταπεινότητα κατέρχεται· ὁ δ' Εὐριπίδης ἔτε ὑψηλός ἐστιν, ἔτε μὴν λιτὸς, ἀλλὰ κεκραμένη τῆς λέξεως μεσότητι κέχρηται. τῶν δὲ κωμῳδῶν [q] μιμεῖται τὰς

Sophocles et Euripides.

XI. Sophocles autem in concitatis affectibus effingendis excelluit, personarum seruata dignitate. Euripidi non omnino veritas, et praesenti vitae nostrae accommodata ratio placuit; ex quo etiam factum est, vt saepe a decoro aberret. Nec generosos et praestantes personarum mores et affectus, quemadmodum Sophocles, feliciter expressit: contra inhonestos, effoeminatos, et abiectos videre licet eum summo studio expressisse. Et Sophocles quidem in dicendo superuacaneus atque redundans non est, sed necessaria tantum persequitur: Euripides vero in oratoriis inductionibus frequens. Ille nouorum verborum fabricator, ac saepenumero ex summa amplitudine in inanem sermonis ostentationem decidens, quasi omnino ad vulgarem humilitatem delabitur: hic neque sublimis est, neque tamen submissus, sed ex vtrisque temperata dictionis mediocritate vtitur: * et fere omnes dicendi virtutes

Comi-

o Forsan rectius ἥρμοσεν, *aptauit, accommodauit. Sylb.*

p Fortasse γενναῖα malet aliquis pro γενικὰ. sed vocabulum hoc sic etiam infra, p. 109. [iuxta *Ed. Sylb.*] vsurpatum. *Sylb.*

* *Al.* Comicorum vero imitandae sunt virtutes dicendi omnes.

q Procul dubio infinitiue le-

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

λεκτικὰς ἀρετὰς ἁπάσας· εἰσὶ γὰρ καὶ τοῖς νοήμασι καθαροὶ, καὶ σαφεῖς, καὶ βραχεῖς, καὶ μεγαλοπρεπεῖς, καὶ δεινοὶ, καὶ ἠθικοί. Μενάνδρου δὲ καὶ τὸ πρακτικὸν θεωρητέον.[r]

ΚΕΦ. γ'.

[[s] Περὶ τῶν ἱστορικῶν.]

Ἡρόδοτος καὶ Θουκυδίδης.

Τῶν μέντοι συγγραφέων Ἡρόδοτος μὲν ἐξείργασται τὸ βέλτιον τὸ [b] πραγματικὸν εἶδος· τῷ δὲ λεκτικῷ ποτὲ μὲν πλεονεκτεῖ Θουκυδίδης, ποτὲ δ' ἔμπαλιν. ἔστι δ' ἐν οἷς ἐξισῶνται. τῇ μὲν ἀκριβείᾳ τῶν ὀνομάτων,

Comicorum imitatur; sunt enim sententiis nitidi, perspicui, concisi, magnifici, acres, et ad vitam et ad mores accommodati. Menandri etiam genus, quod in actione et materia cernitur, spectandum atque considerandum est.

CAP. III.

[DE HISTORICIS.]

Herodotus et Thucydides.

Ex Historicis optime Herodotus eam partem historiae, quae res continet, elaborauit: ea vero parte, quae elocutionem continet, quandoque superior Thucydides, quandoque e diuerso. Est et vbi pares inueniuntur. Accurata verborum electione in sermo-

gendum μιμεῖσθαι, subaudito impersonali χρὴ: vt satis manifestum est ex seq. v. *Sylb.*

r Fabius: Illud quidem nemo non fateatur necesse est, iis, qui se ad agendum comparant, vtiliorem longe Euripidem fore. Namque is sermone, quo ipsum reprehendunt, quibus grauitas et cothurnus et sonus Sophoclis videtur esse sublimior, magis accedit oratorio generi.

a Inclusa ista, Περὶ τῶν ἱστορικῶν, absunt a scripto libro. *Sylb.*

b Idem liber pro πραγματικὸν habet πρακτικὸν, vt paulo ante, v. 3. *Sylb.*

c Fa-

ἐν οἷς ἑκάτεροι προήρηνται διαλόγοις, ἀποσώζουσι τὸ ἴδιον· τῆς δὲ σαφηνείας ἀναμφισβητήτως Ἡροδότῳ τὸ κατόρθωμα δέδοται. καὶ τὸ μὲν σύντομόν ἐστι παρὰ Θουκυδίδῃ, τὸ δ' ἐναργὲς παρ' ἀμφοτέροις. ἐν μέντοι τοῖς ἠθικοῖς κρατεῖ Ἡρόδοτος, ἐν δὲ τοῖς παθητικοῖς ὁ Θουκυδίδης. πάλιν καλλιλογία καὶ μεγαλοπρεπείᾳ διαφέρουσιν οὐδὲν ἀλλήλων, ἀλλ' ἑκάτεροι τούτων τε καὶ τῶν τοιούτων ἀρετῶν κρατοῦσι. ῥώμῃ δὲ καὶ ἰσχύϊ καὶ τόνῳ καὶ τῷ περιττῷ καὶ πολυσχηματίστῳ παρηυδοκίμησε Θουκυδίδης· ἡδονῇ δὲ καὶ πειθοῖ καὶ χάριτι καὶ τῷ ἀφελεῖ αὐτοφυεῖ ἀβασανίστῳ, μακρῷ διενεγκόντα τὸν Ἡρόδοτον εὑρίσκομεν· καὶ μετὰ τοῦτον τὸν τρόπον, πραγματείαν καὶ προσωποποιΐαν μᾶλλον ὁ τετήρηκε.[c]

fermocinationibus, in quibus ambo occupantur, vterque suam proprietatem seruat. Sed perspicuitatis laudem omnes sine controuersia Herodoto deferunt. Ac breuitas quidem propria est Thucydidi: euidentia vtrique communis. In moribus primas fert Herodotus; in affectibus Thucydides. Rursum elegantia ac magnificentia nihil alter ab altero differt, sed in his et huiusmodi virtutibus ambo excellunt. Viribus, robore, neruis, et orationis grauitate, ac figurarum varietate Thucydides praecellit: suauitate vero et suadendi facultate, iucunditate, et sponte nata simplicitate, non elaborata, Herodotum superiorem inuenimus; ac nullam compositionem et personarum fictionem magis seruauit, quam hanc morum et ingenii simplicitatem.

Philistus

e Fabius: Densus, et breuis, et semper instans sibi Thucydides: dulcis et candidus et effusus Herodotus: ille concitatis, hic remissis affectibus melior: ille concionibus, hic sermonibus: ille vi, hic voluptate. *Idem alibi de Herodoto*: In Herodoto vero cum omnia (vt ego quidem sentio) leniter fluunt, tum ipsa διάλεκτος habet eam iucunditatem, vt latentes etiam numeros complexa videatur.

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

Φίλιστος καὶ Ξενοφῶν.

Β΄. Φιλίστᾳ δὲ καὶ Ξενοφῶντος, ὁ μὲν Ξενοφῶν Ἡροδότᾳ ζηλωτὴς ἐγένετο κατά τε τὰς πραγματικὰς ἀρετὰς καὶ τὰς οἰκονομικὰς, καὶ [d] τὰς ἠθικὰς τῶν διαλεκτικῶν, πῇ μὲν ὅμοιος, πῇ δ' ἐλάττων. [e] ἐλεγκτικὸς μὲν γὰρ καὶ καθαρὸς τοῖς ὀνόμασι, καὶ σαφὴς καὶ ἐναργὴς, καὶ κατὰ τὴν σύνθεσιν ἡδὺς [f] καὶ εὔχαρις, ὡς καὶ πλεῖον ἐκείνῳ· ὕψει δὲ καὶ μεγαλοπρεπείας καθόλου τῇ ἱστορικῇ [g] πράγματος οὐκ ἐπέτυχεν· ἀλλ' οὐδὲ τῷ πρέποντος τοῖς προσώποις πολλάκις ἐσχάσατο, περιτιθεὶς ἀνδράσιν ἰδιώταις καὶ βαρβάροις ἔσθ' ὅτε λόγους φιλοσόφους, λέξει χρώμενος λόγοις πρεπούσῃ μᾶλλον, ἢ στρατιωτικοῖς κατορθώμασι. [h] Φίλιστος δὲ μιμητὴς ἐστι Θουκυδίδου, ἔξω τοῦ ἤθους· τὸ μὲν γὰρ ἐλεύθερον καὶ φρονήματος μεστὸν· τοῦτο δὲ θεραπευτικὸν τῆς τυράννων καὶ [i] ἄλλων πλεονεξίας. ἐζήλωκε δὲ πρῶτον μὲν τὸ τὴν ὑπόθεσιν ἀτελῆ καταλιπεῖν, τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ τρόπον· ἔπειτα καὶ τὴν ἀταξίαν αὐτοῦ τῆς οἰκονομίας καὶ δυσπαρακολούθητον τὴν πραγματείαν τῇ συγχύσει τῶν εἰρημένων πεποίηκε. τῆς δὲ λέξεως τὸ μὲν γλωσσηματικὸν καὶ περίεργον οὐκ ἐζήλωκε Θουκυδίδου· τὸ δὲ τραχὺ καὶ πυκνὸν καὶ εὔτονον καὶ ἐναγώνιον πάνυ ἀκριβῶς ἀπεμάξατο· ἔπειτα μὴν ὁμοίως τὴν καλλιλογίαν καὶ τὴν σεμνότητα καὶ τὴν ἀφθονίαν τῶν ἐνθυμημάτων, καὶ τὰ βάρη καὶ τὰ πάθη καὶ τὰς σχηματισμούς. μικρὸς δέ ἐστι καὶ ταπεινὸς κομιδῇ ταῖς ἐκφράσεσιν, ἤτοι τόπων, ἢ ναυμαχιῶν, ἢ πεζῶν παρατάξεων, ἢ οἰκισμοῦ πόλεων. οὐδὲ ὁ λόγος τῷ μεγέθει τοῦ πράγματος ἐξισοῦται. συνετὸς

Philiſtus et Xenophon.

II. Nunc de Philiſto et Xenophonte dicamus. hic quidem Herodoti aemulus et in virtutibus rerum tractandarum et diſpoſitionis fuit, et in moribus ſermocinantium imitandis quodammodo ſimilis ac par, quodammodo impar. eſt enim eloquens, verbis purus, perſpicuus ac illuſtris, in compoſitione dulcis et venuſtus, ita vt etiam eum in hac parte antecellere videatur. hiſtoricarum autem rerum illam ſublimitatem atque magnificentiam omnino non eſt affecutus: quin nec decorum perſonarum ſaepe ſeruauit, attribuens interdum hominibus indoctis ac barbaris ſermones e media philoſophia depromtos, et ea forma dictionis vtens, quae palaeſtrae magis, quam pugnae, conueniat. *Philiſtus* vero Thucydidem ſequitur, moribus exceptis. hic enim liber eſt, et animi magnitudinis ac grauitatis plenus: ille tyrannorum et aliorum cupiditati plus nimio ſubſeruit. Ac primum quidem in eo imitatus eſt Thucydidem, quod eodem modo, quo ille, inchoatum atque imperfectum hiſtoriae argumentum reliquit: tum quod collocationis et diſpoſitionis ordinem perturbat, et quod rerum, quae narrantur, confuſione hiſtoriam difficilem reddit. Thucydidis illud obſcurum ac affectatum dictionis genus neglexit: caeterum rotundum, denſum, et acre ac contentioſum, ſumma diligentia expreſſit; non tamen eandem elegantiam, maieſtatem, contentionum copiam, pondera, affectus atque figuras. In deſcribendis enim locis, naualibus pugnis, pedeſtribus copiis, et conſtitutionibus vrbium, perexilis eſt atque depreſſus, neque oratio rei amplitudini reſpondet: prudens tamen, et ad

d Opinor, poſita poſt τὰς ἠθικὰς hypodiaſtole, pro τῶν διαλεκτικῶν rectius legi τῷ διαλεκτικῷ, ſeu τῷ δὲ λεκτικῷ. *Sylb.*

e Ἐλεγκτικὸς legitur etiam in ſcripto libro. ſed mihi non eſt dubium, quin vera lectio ſit ἐκλεκτικός: vt colligere licet ex p. 131. [iuxta *Ed. Sylb.*] vbi plenius haec tractantur. *Sylb.*

f Scriptus liber habet: καὶ εὔχαρις, καὶ πλείων ἐκείνῳ. ſed verius fortaſſe, vt infra p. 131. [iuxta *Ed. Sylb.*] ᾧ μεῖζον ἐκείνῳ. *Sylb.*

g Pro πράγματος in ſcripto libro eſt ſpatium vacuum. *Sylb.*

h Ὁ Φίλιστος (inquit Theon) τὸν Ἀττικὸν ὅλον πόλεμον ἐν τοῖς Σικελικοῖς ἐκ τοῦ Θουκυδίδου μετενήνοχε: Vnde intelligimus, vt obſeruauit Cl. Schefferus, quid voluerit Tullius, quando Philiſtum in Epiſtola ad Quintum fratrem Puſillum Thucydidem appellat.

i Scriptus liber pro ἄλλων habet ἄλλων. ſed conuenientius ἄλλου. infra p. 131. [iuxta *Ed. Sylb.*] ταπεινὸν eſt pro eodem. *Sylb.*

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

μέντοι, καὶ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν, Θουκυδίδῃ πρὸς τὰς ἀληθεῖς ἀγῶνας ὠφελιμώτερος.[k]

Θεόπομπος.

γ'. [l]Θεόπομπος δὲ ὁ Χῖος, πρῶτον μὲν ἐν τῷ προελέσθαι τοιαύτης ἱστορίας ὑποθέσεις, ἄξιος ζήλου· [m]μετὰ δὲ, οἰκονομίας· ἔχει γὰρ τὸ εὐπαρακολούθητον καὶ σαφὲς ἡ γραφή· ἔτι δὲ καὶ τῆς ποικιλίας τῆς ἐν τοῖς πράγμασιν· ὃ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς ἐφ' ἑκάστοις παῤῥησίας· καὶ μὴν ὀδὲ τὰς ἀπορῥήτους τῶν γενομένων, ἢ λεχθέντων, αἰτίας ἐγκρύψασθαι, σοχάσασθαι δ' ἀκριβῶς τῆς τῶν

ad * verorum certaminum descriptionem Thucydide longe vtilior.

Theopompus.

III. Theopompus autem Chius, primum quod huius generis historiae materiam delegerit, imitatione dignus est: deinde propter dispositionis elegantiam: (continet enim maximam facilitatem et euidentiam illius scriptio) praeterea etiam propter rerum, quas tractat, varietatem: quin etiam propter summam in singulis rebus exponendis libertatem. postremo suspiciendus est, quod occultas et abditas, siue gestorum, siue dictorum, causas, silentio non praetereat; sed animum eorum, qui vel aliquid dixe-

* Ad vera certamina *Thucydides* magis idoneus, id est, ad veras ac serias causarum actiones.

k Fabius: Philistus quoque meretur, qui turbae quamuis bonorum post hos auctorum eximatur, imitator Thucydidis: et vt multo infirmior, ita aliquatenus lucidior. *Habes apud Dionysium quod apud Quinctilianum desideras, quibus in rebus Philistus Thucydide infirmior, quibus item lucidior: nam εὐπαρακολούθητον et σαφὲς coniungit Dionysius, quibus opponitur τὸ δυσπαρακολούθητον.* Idem *Fabius*: Quid ego commemorem Xenophontis illam iucunditatem inaffectatam, sed quam nulla affectatio consequi possit? vt ipsae sermonem Gratiae finxisse videantur.

l In scripto libro est θεόπεμπλος bis. sed perperam; nam infra quoque Θεόπομπος nominatur, p. 131. [iuxta *Ed. Sylb.*] et alibi. *Sylb.*

m Scriptus liber habet μετὰ οἰκονομίας, sine coniunct. δέ. *Sylb.*

n Pro

εἰπόντων, ἢ πεποιηκότων, γνώμης. τὸ λεκτικὸν αὐτῷ τῷ Ἰσοκρατικῷ παραπλήσιον, πλὴν ὅσον [n]μικρόν ἐστι καὶ σφόδρα εὔτονον, τὰ δ' ἄλλα ὁμοία ἡ λέξις. καὶ γὰρ κοινὴ, καὶ σαφὴς, καὶ μεγαλοπρεπὴς, καὶ σεμνὴ, καὶ πομπικὴ, συνθέσεως τετυχηκυῖα τῆς πρὸς ἡδονήν. πονηρὰ δὲ καὶ πολλὴ [o]τις τῶν φωνηέντων ἡ σύγκρασις· καὶ κατ' ἐπιτήδευμα μὲν αἱ κυκλικαὶ περίοδοι καὶ ὁμοιοειδεῖς τῶν σχηματισμῶν. διήμαρτε δὲ καὶ ὁ μάλιστα [p]ἐντὸς πρακτικῆς, κατὰ τὰς τῶν παρεκβάσεων ἐπεισαγωγάς. καὶ γὰρ ψυχρῶς ἔνιαι καὶ ἀκαίρως λέγονται· καθάπερ τὰ περὶ τὸν ἐν Μακεδονίᾳ Σειληνὸν ἱστορηθέντα, καὶ τὰ περὶ τὸν δράκοντα τὸν πρὸς τῇ τριήρει ναυμαχοῦντα.[q]

dixerunt, vel gesserunt, egregia coniectura sit affecutus. Dicendi eius forma ab Isocratea non discrepat, nisi quod exilis est, et nimis flexibilis: in reliquis omnibus similis eius oratio Isocrateae. est enim communis, aperta et clara, ampla, grauis, pompae similis, ad delectationem composita. Vitiosa vero est, cum frequens vocalium collisio, tum de industria in orbem circumductae circumscriptiones, et similis verborum exitus. Peccauit autem in digressionibus aliis super alias inducendis, quod maxime ad negotiale genus historiae pertinet. Etenim inepte et intempestiue quaedam in his ab eo narrantur: cuiusmodi sunt illa, quae commemorat de Sileno in Macedonia, et de dracone ad triremem nauali pugna contendente.

CAP.

n Pro μικρὸν legendum potius πικρὸν, vt infra p. 132. [iuxta *Ed. Sylb.*] μικρὸν certe minus huc quadrare, indicant etiam sequentia. *Sylb.*

o Steph. editio habet τῆς: *Amasaei* liber τις, vt nos. sed talis quaepiam huius membri lectio requiritur: πονηρὰ δὲ ἡ πολλὴ τῆς τῶν φωνηέντων συγκρούσεως εὐλάβεια: vt *Cicero* quoque alicubi *Theopompum* a quibusdam acriter reprehensum scribit, quod vocalium coniunctionem tantopere fugerit. idemque infra, p. 132. [iuxta *Ed. Sylb.*] repetit etiam ipse *Dion. Sylb.*

p Scriptus *Amasaei* liber habet ἐν ταῖς πρακλικαῖς. vera lectio procul dubio haec est: διήμαρτε δὲ καὶ ἐν τοῖς πραγματικοῖς, (seu ἐν τῷ πραγματικῷ τύπῳ) καὶ μάλιστα κατὰ τὰς τ. vt ex p. 132. [iuxta *Ed. Sylb.*] satis manifestum est. *Sylb.*

q Fabius: Theopompus iis pro-

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

ΚΕΦ. δ'.

[a]Περὶ τῶν φιλοσόφων.

Τῶν φιλοσόφων δ' ἀναγνωστέον τάς τε Πυθαγορικὰς, τῆς σεμνότητος καὶ τῶν ἠθῶν καὶ τῶν δογμάτων εἵνεκεν· ἃ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς ἀπαγγελίας. μεγαλοπρεπεῖς γὰρ τῇ λέξει καὶ ποιητικοί. καὶ ἃδὲ παραλείπουσι τὴν σαφήνειαν, ἀλλὰ κεκραμένῃ τῇ διαλέκτῳ χρώμενοι. μιμητέον δὲ μάλιστα Ξενοφῶντα καὶ Πλάτωνα, τῶν δ' ἠθῶν χάριν, καὶ τῆς ἡδονῆς καὶ τῆς μεγαλοπρεπείας. παραληπτέον δὲ καὶ Ἀριστοτέλη εἰς μίμησιν τῆς τε περὶ τὴν ἑρμηνείαν δεινότητος καὶ τῆς σαφηνείας, καὶ τᾶ ἡδέος καὶ πολυμαθᾶς· τᾶτο γάρ ἐστι μάλιστα παρὰ τᾶ ἀνδρὸς λαβεῖν. φιλοτιμώμεθα δ' αὐτᾷ καὶ τοῖς μαθηταῖς ἐντυγχάνειν, ἃδ' ἐλάττονος ἂσι σπουδῆς ἀξίοις.[b]

CAP. IV.

DE PHILOSOPHIS.

Ex Philosophis legendi sunt Pythagorei, non modo grauitatis, morum, praeceptionum ac sententiarum causa, sed etiam elocutionis. Magnifica enim et ampla vtuntur oratione, et quae quodammodo ad poësin accedit. Neque etiam perspicuitatem praetereunt, verum mixto genere dicendi vtuntur. Sequi autem in primis debemus Xenophontem et Platonem, tum morum, tum suauitatis, tum magnificentiae gratia. Neque ab imitatione excludendus est Aristoteles, cum propter summam, quam in elocutione adhibet, grauitatem et perspicuitatem, tum propter iucunditatem, et variam eruditionem rerum; quam vel maxime a viro illo mutuari possumus. Danda etiam est opera, vt in libris discipulorum eius toti simus: digni enim sunt, quibus non minimum studii impendatur.

II. Quoproximus, vt in historia praedictis minor, ita oratori magis similis.

a Scriptus *Amasaei* liber habet Χαρακτὴρ τῶν φιλοσόφων: non absurde. *Sylb.*

b Fabius: Quid Aristotelem? quem dubito scientia rerum,

β'. Ἐπειδὴ τοίνυν τὰ περὶ τῶν ἄλλων ἀναγνωσμάτων ἐστὶν ἡμῖν κεφαλαιωδῶς ἐξειργασμένα, ῥητέον λοιπὸν καὶ ὃ παρὰ τῶν ῥητορικῶν ἐστιν ἑκάστῳ λαβεῖν· ὃ δὴ καὶ μᾶλλον ἡμῖν ἀναγκαῖον.

ΚΕΦ. έ.

[[a]Περὶ τῶν ῥητόρων.]

Λυσίας.

Ο Λυσιακὸς λόγος πρὸς τὸ χρήσιμον καὶ ἀναγκαῖον ἐστὶν αὐτάρκης, καὶ τὸ μὲν αὐχμηρὸν ἐκπέφευγως, πανυ δὲ [[b]ἄτος καὶ σενος κατὰ τὴν ἀπάγγελίαν, ἔτι δὲ] καὶ κομψος καὶ ἀληθὴς, καὶ [c]τῶν ἀττικισμῶν εὖ-

II. Quoniam igitur de aliorum lectione summatim diximus, restat, vt dicamus, ecquidnam de singulis oratoribus sumere liceat: quod etiam nostro instituto magis necessarium est.

CAP. V.

[DE ORATORIBVS.]

Lysias.

Lysiae oratio, si vsum, et id, quod necessarium est, spectes, per se sufficit: ab omni siccitate et squalore abhorret: in eloquendo prorsus angusta est, tum etiam comta et vera, atque Atticarum elegantiarum venere consparsa:

rum, an scriptorum copia, an eloquendi suauitate, an inuentionum acumine, an varietate operum clariorem putem. Platoni *autem tribuit Fabius, quod Dionysius Pythagoricis in genere. ait enim, eum esse* praecipuum philosophorum acumine differendi, et eloquendi facultate diuina quadam et Homerica. multum enim, *inquit*, supra prosam orationem, et quam pedestrem Graeci vocant, surgit.

a Ab Amasaei libro scripto absunt inclusa et hic et v. 7. minus recte *Sylb.*

b Malet forsan aliquis σύντομος pro ἄτος: quod ea dicendi virtus in Lysia praecaeteris infra [p. 83. iuxta *Ed. Sylb.*] commendetur. *Sylb.*

c τῶν

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

χαρις· ὁ μὲν συνεχῶς αὐξητικὸς, πλὴν τῦ σκοπῦ λεληθότως ἐπιτυγχάνων, μετὰ κεκραμένης τῆς κατὰ τὴν χάριν ἡδονῆς· ὡς ἀναγινωσκόμενον μὲν, οὐχ ὅλον νομίζεσθαι, χαλεπὸν δὲ εὑρίσκεσθαι ζηλῶν πειρωμένοις. μάλιστα δ' ἐπιτευκτικὸς ἐν ταῖς [d]διηγήσεσιν. ἰσχνότητι γὰρ τῆς φράσεως σαφῆ καὶ ἀπηκριβωμένην ἔχουσι τὴν τῶν [e]πραγμάτων ἔκθεσιν.[f]

Ἰσοκράτης.

β'. Ὁ δ' [g]Ἰσοκρατικὸς κομψεύεται μὲν, ἀλλὰ μετὰ σεμνότητος, καὶ πανηγυρικώτερός ἐστι μᾶλλον, ἢ δικανικώτερος. ἔχει δὲ τὸν κόσμον μετ' ἐνεργείας, καὶ πομπικός ἐστι μετὰ τῦ ἀνυσικῦ καὶ χρησίμου· ὁ μὴν

sperſa: non tamen perpetuo auget et amplificat; niſi quando ſcopum ſenſim et latenter attingit, cum temperata quadam dicendi voluptate: ita, vt, dum legitur, facilis exiſtimetur; difficilis autem iis, qui eum imitari aggrediuntur. Maxime vero in narrationibus excellit. Subtilitate enim ac dictionis tenuitate apertam atque accuratam continet rerum explicationem.

Iſocrates.

II. Oratio Iſocratis eſt illa quidem nitida et comta; caſta tamen et modeſta, ac conuentibus magis, quam foro, accommodata. Ornatum autem habet ſumma euidentia temperatum, et apparatum efficientia quadam et vtilitate conditum: non tamen

c τῶν ἀτλικισμῶν εὖχαρις vel ratione copiae dictum eſt, vel per ellipſin cauſalis ἕνεκα. *Sylb.*

d Scriptus liber habet δικάσεσι. ſed verum eſſe vulgo διηγήσεσι, ſatis declarant, quae infra [p. 87. iuxta *Ed. Sylb.*] tractantur fuſius. *Sylb.*

e Idem liber habet τῶν προσώπων: nimis anguſte. *Sylb.*

f Fabius, *quum de Demoſthene, Aeſchine, et Hyperide iam verba feciſſet*: His, *inquit*, aetate Lyſias maior, ſubtilis atque elegans, et quo nihil, ſi oratori ſatis ſit docere, quaeras perfectius. nihil enim eſt inane, nihil arceſſitum: puro tamen fonti, quam magno flumini, propior. *Idem alibi de eodem*: Nam neque illud in Lyſia dicendi textum tenue atque rarum laetioribus numeris corrumpendum erat. Perdidiſſet enim gratiam, quae in eo maxima eſt, ſimplicis atque inaffectati coloris: perdidiſſet fidem quoque.

g Cum ὁ Ἰσοκρατικὸς ſubintelligendum λόγος, vt p. 431. v. 5. *Sylb.*

ἀγωνιστικός· περιγράφων δὲ τὴν ἀπαγγελίαν ταῖς περιόδοις, καὶ ὅλως μεσότητα σωφρονίζων λιτότητι, τὸ δὲ λιτὸν ἐξαίρων. καὶ αὐτῦ μάλιστα ζηλωτέον τήν τε τῶν ὀνομάτων συνέχειαν, καὶ τὸ τῆς ὅλης ἰδέας ἐπιδεικτικόν.[h]

Λυκοῦργος.

γ'. Ὁ δὲ Λυκοῦργος ἔστι διαπαντὸς αὐξητικὸς, καὶ [i]διηρημένος, καὶ σεμνὸς, καὶ ὅλος κατηγορικὸς, καὶ φιλαλήθης, καὶ παῤῥησιαστικός· ὁ μὴν ἀστεῖος, οὐδὲ ἡδὺς, ἀλλ' ἀναγκαῖος. τούτῳ χρὴ ζηλῶν μάλιστα τὰς δεινώσεις.

Δημοσθένης.

δ'. [k]Ὁ δὲ Δημοσθενικὸς εὔτονος τῇ φράσει, κε-

tamen foro et contentionibus accommodata. Caeterum ambitibus dictionem circumſcribit, ac omnino mediocre dicendi genus tenuitate quadam emendat, et tenue extollit. Atque potiſſimum ipſius verborum continuatio et comprehenſio obſeruanda eſt, ac totum dicendi genus demonſtratiuum.

Lycurgus.

III. Ipſe vero Lycurgus perpetuo increſcit et inſurgit, diſtinctus, grauis, in accuſatione omnino totus, veri ſtudioſus, atque libertatis amans: orator tamen nec vrbanus, nec feſtiuus; ſed in neceſſariis tantum occupatur. Huius vehementia et grauitas potiſſimum imitanda eſt.

Demoſthenes.

IV. Demoſthenis oratio dictionis vehementia praedita eſt, remiſſis

h *Fabius:* Iſocrates in diuerſo genere dicendi nitidus et comtus, et palaeſtrae, quam pugnae, magis accommodatus: omnes dicendi veneres ſectatus eſt. nec immerito. auditoriis enim ſe, non iudiciis, compararat. inuentione facilis; honeſti ſtudioſus; in compoſitione adeo diligens, vt cura eius reprehendatur.

i Facile aſſentior *Stephano*, qui pro διηρημένος legit διηρμένος, vt apud *Hermogenem* eſt σεμνὸς καὶ διηρμένος πρὸς ὄγκον. de quo ſupra quoque ad p. 232. v. 7. et p. 257. v. 16. *Sylb.*

k Cum ὁ δὲ Δημοσθενικὸς ſubaudiendum λόγος, vt p. 432. v. 9. *Sylb.*

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

κραμένος τοῖς ἤθεσι, καὶ λέξεως ἐκλογῇ κεκοσμημένος· καὶ χρώμενος τάξει τῇ κατὰ τὸ συμφέρον, καὶ μετὰ τῆς σεμνῆς τὴν χάριν ἔχων, καὶ συνεχής· οἷς μάλιστα δικαίως κατέχονται.[l]

Αἰσχίνης.

ε. Ὁ δ' Αἰσχίνης ἀτονώτερος μὲν τῷ [m]Δημοσθένους, ἐν δὲ τῇ τῶν λέξεων ἐκλογῇ πομπικός ἅμα καὶ δεινός· καὶ ὁ πάνυ μὲν ἔντεχνος, τῇ δὲ παρὰ τῆς φύσεως εὐχερείᾳ κεχορηγημένος· καὶ σφόδρα ἐναργὴς καὶ βαρὺς, καὶ αὐξητικὸς καὶ πικρός. καὶ ἡδὺς μὲν αὐτόθεν ἐντυχόντι, σφοδρὸς δ' ἐξετασθείς.[n]

Ὑπερίδης.

ς'. Ὁ δὲ Ὑπερίδης εὔστοχος μὲν, σπάνιον δ' αὐξη-

remissis affectibus condita, ac verborum electione ornata: dispositione commoda vtitur, continua, et quae grauitate condita suauitatem habet, quibus vel maxime iudices tenentur.

Aeschines.

V. Aeschinis autem oratio remissior est oratione Demosthenis, in verborum delectu magnifica ac vehemens, neque valde ab arte instructa, sed facilitate, quam natura suppeditauit, adiuta, valde illustris est, et grauis: rem auget et dilatat, et acerbitate perstringit. Atque hinc factum, vt primo suauis ac iucunda, diligenter vero examinata vehemens appareat.

Hyperides.

VI. Hyperides quidem a scopo non aberrat, raro tamen rem ampli-

l Fabius: Decem oratorum, quos simul Athenis aetas vna tulit, longe princeps Demosthenes, ac paene lex orandi fuit: tanta vis in eo, tam densa omnia; ita quibusdam neruis intenta sunt; tam nihil otiosum, is dicendi modus, vt, nec quid desit in eo, nec quid redundet, inuenias.

m Scriptus *Amasaei* liber habet τῷ Δημοσθενικῷ: quod tum demum ferri poterit, si pro antecedenti Αἰσχίνης legamus Αἰσχίνειος, subaudito substantiuo λόγος.

n Fabius: Plenior Aeschines, et magis fusus, et grandiori similis, quo minus strictus: carnis tamen plus habet, minus lacertorum.

o Ama-

τικός· καὶ τῇ μὲν τῆς φράσεως [o]κατασκευῇ Λυσίαν ὑπερηρκὼς, [p]τῇ δὲ τῆς . . . πανουργίᾳ πάντας. ἔτι δὲ τῷ κρινομένῳ διαπαντὸς ἔχεται, καὶ ταῖς ἀνάγκαις τῷ πράγματος [q]πέφυκε, καὶ συνέσει πολλῇ κεχορήγηται, καὶ χάριτος μεστός ἐστι· καὶ δοκῶν ἁπλῶς, οὐκ ἀπήλλακται δεινότητος. τάττε ζηλωτέον μάλιστα τῶν διηγήσεων τὸ λεπτὸν καὶ σύμμετρον, ἔτι δὲ καὶ [r]τὰς ἐφόδους, ἐπὶ τὰ πράγματα βαδίζει.[s]

amplificat et exaggerat: et verborum constructione Lysiam, calliditate vero omnes superat. Ad haec * a causae iudicatione nullo tempore deflectit, sed semper in praecipuis ac necessariis causae negotiis insistit: multa prudentia locuples, ac venustate refertus, et quamuis simplex videtur, grauitate tamen non vacat. Huius in narrationibus subtile atque temperatum dicendi genus maxime exprimendum est: tum spectandae rationes atque argumenta, quibus ad causam accedit.

VII.

o Amasaei liber pro κατασκευῇ habet παρασκευῇ. *Sylb.*

p Lacunam, quae in scripto etiam libro est, *Dauid Hoeschelius* expleri posse putat vocabulo τάξεως. nam ὑποκρίσεως πανουργίαν hic locum non habere, cum *Plutarchus* e veteribus tradat, hunc oratorem ἄνευ ὑποκρίσεως δημηγορῆσαι. Infra sane in *Dinarcho*, p. 114. [iuxta *Ed. Sylb.*] *Hyperidem* ταῖς τε οἰκονομίαις ἀκριβέστερον, καὶ ταῖς κατασκευαῖς γενναιότερον εἶναι τῶν Λυσιακῶν affirmat *Dionysius*: eidemque p. seq. v. 2. inter caeteras virtutes tribuit τῶν πραγμάτων τὸ εὔκαιρον, ac cum *Demosthenes* caeteros omnes dicendi virtutibus superarit, tamen κατὰ τὸ ἐλλειπὲς τῆς οἰκονομίας eum a nonnullis ἄγροικον dictum fuisse scribit, p. 115. [iuxta *Ed. Sylb.*] vt hac in parte *Hyperidem* praeferre videatur non tantum *Lysiae*, sed ipsi etiam *Demosthenis*. *Sylb.* Hiatum vnius vocis vocabulo εἰρωνείας explendum censeo. *Tollius* ad *Longinum*, p. 186.

* *Al.* a summa iudicii quaestione.

q Ἐμπέφυκε malit *Hoeschelius*.

r Post τὰς ἐφόδους desideratur relatiuum αἷς, vel saltem ὅπου: vt idem *Hoeschelius* monuit. *Sylb.*

s Fabius: Dulcis in primis et acutus Hyperides est: sed minoribus causis, vt non dixerim vtilior, magis par.

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

ζ'. Καί μοι καὶ τῶν ῥητόρων ἔστι [t]κεχαρακ]τηρισμένοι, καὶ δεδειγμένοι, τίνος ἀρετῆς ἐπειλημμένος εἰς ὠφέλειαν τῶν ἐντυγχανόντων καὶ αὐτὸς συνεισφέρει. τάττω δὲ ἕνεκα τὰς τῶν προειρημένων ἁπάντων ἰδέας διεξῆλθον, [u]ὥστε δεδεῖχθαι τὸν τρόπον τῆς ἐπιμελοῦς ἀναγνώσεως, ἐξ ἧς ὑπάρξει τὸ παρ' ἑκάστοις κατορθούμενον [x]αἱρεμένην, μήτε παρέργως τοῖς παλαιοῖς ἐντυγχάνειν, ([y]μήτε λεληθότως τὴν ὠφέλειαν προσγινομένην περιμένειν,) ἀλλ' ἐπισημόνως, ἄλλως τε καὶ κοσμήσειν μέλλοντι τὸν λόγον τοῖς παρὰ πάντων πλεονεκ]τήμασιν· ἃ καὶ [z]κα]θ' αὑτὰ μὲν οἰκεία φύσει τέρπει, εἰ δὲ καὶ κερασθείη διὰ τέχνης εἰς ἑνὸς τύπον λογικοῦ σώματος, βελτίων [a]ἡ φράσις τῇ μίξει γίνεται.

VII. Atque sic quidem Rhetorum horum characteres exhibuimus, ac virtutes, quibus singuli excellunt; vt perspectum habeat lector, quomodo vnusquisque ad vtilitatem suam conducat. Huius rei causa Rhetorum istorum ideas repraesentauimus, vt accuratae lectionis methodus pateat, qua id, quod in singulis praestantissimum, assequantur, quibus animus in veterum scriptis haud perfunctorie versari, [neque negligenter vtilitatem inde profecturam exspectare,] sed scienter iis vti, orationesque illorum virtutibus exornare: quae quidem suapte vi delectant, in vnum autem quasi orationis corpus artificiose redactae, nouam ex mixtura gratiam ei conciliant.

t *Amasaei* liber habet κεχαρισμένοι: minus apte. Ibidem mox post ἐπειλημμένος videtur deesse ἕκαστος, vt *Stephanus* quoque annotauit. *Sylb.*

u *Amasaei* liber habet ὡς ἐπιδεδεῖχθαι. *Sylb.*

x Malim αἱρεμένοις, vel αἱρεμένης. *Sylb.*

y Inclusa ex *Amasaei* libro sunt addita. *Sylb.*

z Καθ' αὑτὰ reciproce malit *Hoeschelius.*

a Articulus ἡ ex *Amasaei* libro. *Sylb.*

CICE-

CICERONIS ELOGIA DE ALIQVOT SCRIPTORIBVS GRAECIS: quae iis, quae Dionysius de iisdem, tum in his, tum in aliis libris, dixit, multum et ipsa lucis allatura videntur.

DE LYSIA.

Cicero in libro De optimo genere Oratorum:

Imitemur, si poterimus, Lysiam, et eius quidem tenuitatem potissimum: est enim multis in locis grandior. sed quia et priuatas ille plerasque, et eas ipsas aliis, et paruarum rerum causulas scripsit, videtur esse ieiunior; quoniam se ipse consulto ad minutarum genera causarum limauerit. *Paulo post*: Ita fit, vt Demosthenes certe possit summisse dicere, elate Lysias fortasse non possit.

Idem in Oratore:

Dicat igitur Attice venustissimus ille scriptor ac politissimus, Lysias. Quis enim id possit negare? dum intelligamus, hoc esse Atticum in Lysia, non quod tenuis sit atque inornatus, sed quod nihil habeat insolens, aut ineptum.

In Bruto:

Quanquam in Lysia sunt saepe etiam lacerti, sic vt fieri nihil possit valentius: verum est certe genere toto strigosior. Sed habet tamen suos laudatores, qui hac ipsa eius subtilitate admodum gaudeant.

DE ISOCRATE.

Cicero III. de Oratore:

Suauitatem Isocrates, subtilitatem Lysias, acumen Hyperides, sonitum Aeschines, vim Demosthenes habuit.

Idem in Oratore:

Nam quum concisus Isocrati Thrasymachus minutis numeris videretur, et Gorgias, Thucydides autem praefractior, primus instituit dilatare verbis et mollioribus numeris explere sententias.

Idem III. de Oratore:

Idque princeps Isocrates instituisse fertur, vt inconditam antiquorum dicendi consuetudinem, delectationis atque aurium causa, (quemadmodum scribit discipulus eius, Naucrates) numeris adstringeret.

DE DEMOSTHENE.

Cicero in Oratore:

Hoc nec grauior exstitit quisquam; nec callidior, nec temperatior.

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

Idem in Bruto:

Sed tamen Antonius in verbis et eligendis (neque id ipsum tam leporis causa, quam ponderis) et collocandis, et comprehensione deuinciendis, nihil non ad rationem, et tanquam ad artem dirigebat: verum multo magis hoc idem in sententiarum ornamentis et conformationibus. quo genere quia praestat omnibus Demosthenes, idcirco a doctis oratorum est princeps iudicatus.

Idem in Oratore:

Demosthenes nihil Lysiae subtilitate cedit; nihil argutiis et acumine Hyperidi, nihil lenitate Aeschini, et splendore verborum. Multae sunt eius totae orationes subtiles, vt contra Leptinem: multae et totae graues, vt quaedam Philippicae: multae variae, vt contra Aeschinem, Falsae legationis, vt contra eundem pro causa Ctesiphontis.

Ibidem:

Nec enim nunc de nobis, sed de re dicimus. in quo tantum abest, vt nostra miremur, vt vsque eo difficiles ac morosi simus, vt nobis non satisfaciat ipse Demosthenes; qui, quanquam vnus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non semper implet aures meas.

Idem in Bruto:

Nam plane quidem perfectum, et cui nihil admodum desit, Demosthenem facile dixeris. nihil acute inueniri potuit in eis causis, quas scripsit, nihil (vt ita dicam) subdole, nihil versute, quod ille non viderit: nihil subtiliter dici, nihil presse, nihil enucleate, quo fieri possit aliquid limatius: nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum, vel verborum grauitate, vel sententiarum, quo quicquam esset elatius.

Idem in Oratore:

Demosthenes minus facetus habetur: quo quidem mihi nihil videtur vrbanius; sed non tam dicax fuit, quam facetus.

DE AESCHINE.

Cicero III. De Oratore:

Suauitatem Isocrates, subtilitatem Lysias, acumen Hyperides, sonitum Aeschines, vim Demosthenes habuit.

Idem De Optimo genere Oratorum:

Nihil enim illo oratore arbitror cogitari posse diuinius.

DE HYPERIDE.

Cicero I de Oratore;

Iam vero de legibus instituendis, de bello, de pace, de sociis,

sociis, de vectigalibus, de iure ciuium generatim in ordines aetatesque descripto, dicant vel Graeci, si volunt, Lycurgum, aut Solonem, (quanquam illos quidem censemus in numero eloquentium reponendos) sciisse melius, quam Hyperidem, aut Demosthenem, perfectos iam homines in dicendo et perpolitos.

Idem III de Oratore:

Acumen Hyperides, sonitum Aeschines, vim Demosthenes habuit.

Idem in Bruto:

Atticam subtilitatem Hyperidae volunt esse et Lysiae.

Idem in Oratore:

Ex Atticis non omnes faceti: Lysias satis et Hyperides, Demades praeter caeteros fertur.

DE HISTORICIS.

DE HERODOTO.

Cicero in Oratore, prius de Herodoto, deinde de Thucydide loquens:

Alter sine vllis salebris, quasi sedatus amnis, fluit: alter incitatior fertur, et de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum.

Idem II de Oratore:

Namque et Herodotum illum, qui princeps genus hoc ornauit, in causis nihil omnino versatum esse accepimus. atqui tanta est eloquentia, vt me quidem (quantum ego Graece scripta intelligere possum) magnopere delectet.

Idem in Oratore:

Itaque et Herodotus, et eadem superiorque aetas numero caruit, nisi quando temere ac fortuito.

Idem in I De legibus.

Quanquam et apud Herodotum, patrem historiae, et apud Theopompum sunt innumerabiles fabulae.

DE THVCYDIDE.

Cicero in Oratore:

Thucydides autem res gestas et bella narrat et proelia, grauiter sane et probe: sed nihil ab eo transferri potest ad forensem vsum et publicum. Ipsae illae conciones ita multas habent obscuras abditasque sententias, vix vt intelligantur: quod est in oratione ciuili vitium vel maximum.

Ibidem paulo post:

Quis porro vnquam Graecorum Rhetorum a Thucydide

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

quicquam duxit? at laudatus est ab omnibus: fateor: sed ita, vt rerum explicator prudens, seuerus, grauis, non vt in iudiciis versaret causas, sed vt in historiis bella narraret. Itaque nunquam est numeratus orator. Nec vero, si historiam non scripsisset, nomen eius exstaret, quum praesertim fuisset honoratus et nobilis. Huius tamen nemo neque verborum, neque sententiarum, grauitatem imitatur: sed quum mutila quaedam et hiantia locuti sunt, quae vel sine magistro facere potuerunt, germanos se putant esse Thucydidis.

Ibidem:

Vt in Thucydide orbem modo orationis desidero, ornamenta comparent.

Ibidem:

Thucydides autem praefractior, nec satis (vt ita dicam) rotundus.

Ibidem:

Quo magis sunt Herodotus Thucydidesque mirabiles; quorum aetas quum in ea tempora, quos nominaui, incidisset, longissime tamen ipsi a talibus deliciis, vel potius ineptiis, abfuerunt. Alter enim sine vllis salebris, quasi sedatus amnis, fluit: alter incitatior fertur, et de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum: primisque ab his (vt ait Theophrastus) historia commota est, vt auderet vberius, quam superiores, et ornatius dicere.

Idem II De Oratore, quum de Herodoto verba fecisset:

Et post illum Thucydides omnes dicendi artificio mea sententia facile vicit: qui ita creber est rerum frequentia, vt verborum prope numerum sententiarum numero consequatur: ita porro verbis aptus et pressus, vt nescias, vtrum res oratione, an verba sententiis illustrentur.

Ibidem:

Antiquissimi fere sunt, quorum quidem scripta constent, Pericles atque Alcibiades, et eadem aetate Thucydides; subtiles, acuti, breues, sententiis magis, quam verbis, abundantes.

Idem in Bruto:

Huic aetati suppares, Alcibiades, Critias, Theramenes: quibus temporibus quod dicendi genus viguerit, ex Thucydidis scriptis, qui ipse tum fuit, intelligi maxime potest. grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione rerum breues, et ob eam ipsam causam interdum subobscuri.

Idem in Bruto:

Sed nimia vetustas nec habet eam, quam quaerimus, suauitatem, nec est iam sane tolerabilis. Num igitur, qui hoc sentiat,

sentiat, si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet? Minime: sed quandam sequatur aetatem. Sic ego istis censuerim et nouam istam quasi de musto ac lacu feruidam orationem fugiendam, nec illam praeclaram Thucydidis nimis veterem, tanquam Anitianam notam persequendam. Ipse enim Thucydides, si posterius fuisset, multo maturior fuisset et mitior.

DE PHILISTO.

Cicero II De Oratore:

Thucydidem consecutus est Syracusius Philistus; qui, quum Dionysii tyranni familiarissimus esset, otium suum consumsit in historia scribenda; maximeque Thucydidem est, sicut mihi videtur, imitatus.

Idem in Bruto:

Amatores huic desunt, sicuti multis iam ante seculis et Philisto Syracusio et ipsi Thucydidi. Nam vt horum concisis sententiis, interdum etiam non satis apertis, cum breuitate, tum nimio acumine, officit Theopompus elatione atque altitudine orationis suae: quod idem Lysiae Demosthenes: sic Catonis etc.

Idem I De diuinatione:

Dionysii mater, eius, qui Syracusiorum tyrannus fuit, vt scriptum apud Philistum est, et doctum hominem et diligentem, et aequalem temporum illorum, quum praegnans etc.

Idem Epist. ad Quintum fratrem lib. 2.

Siculus ille, capitalis, creber, acutus, breuis, paene pusillus Thucydides: sed vtros eius habueris libros, (duo enim sunt corpora) an vtrosque, nescio. me magis de Dionysio delectat. ipse est enim veterator magnus, et perfamiliaris Philisto Dionysius. *de quo loco vide Petr. Vict. Var. lect. lib.* 32. *cap.* 19.

DE XENOPHONTE.

Cicero in Oratore:

Xenophontis sermo, est ille quidem melle dulcior, sed a forensi strepitu remotissimus.

Idem in Bruto:

Librum conscriptum molli et Xenophonteo genere sermonis.

Idem in Oratore:

Xenophontis voce Musas quasi locutas ferunt.

Idem II de Oratore:

Denique etiam a philosophia profectus princeps Xenophon, Socraticus ille, post ab Aristotele Callisthenes, comes Alexandri, scripsit historiam: et hic quidem rhetorico paene

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

more, ille autem ſuperior leniore quodam ſono eſt vſus, et qui illum impetum oratoris non habeat; vehemens fortaſſe minus, ſed aliquanto tamen eſt, vt mihi quidem videtur, dulcior.

DE THEOPOMPO.

Cicero in Bruto:

Philiſti et Thucydidis conciſis ſententiis, interdum etiam non ſatis apertis, cum breuitate, tum nimio acumine, officit Theopompus elatione atque altitudine orationis ſuae.

Idem in Oratore:

Quod quidem Latina lingua ſic obſeruat, nemo vt tam ruſticus ſit, qui vocales nolit coniungere. In quo quidam etiam Theopompum reprehendunt, quod eas literas tantopere fugerit; et, ſi id magiſter eius, Iſocrates, at non Thucydides.

DE PHILOSOPHIS.

DE PLATONE.

Cicero in Oratore:

Longe omnium, quicunque ſcripſerunt, aut locuti ſunt, exſtitit et grauitate princeps Plato.

Ibidem:

Itaque video, viſum eſſe nonnullis, Platonis et Democriti locutionem, etſi abſit a verſu, tamen, quod incitatius feratur, et clariſſimis verborum luminibus vtatur, potius poëma putandum, quam Comicorum poëtarum.

Idem III de Oratore:

Plato non linguae ſolum, verum etiam animi ac virtutis magiſter.

Idem in Bruto:

Quis enim vberior in dicendo, Platone? Iouem ſiquidem aiunt philoſophi, ſi Graece loquatur, ſic loqui.

Idem in Oratore:

Has rerum formas appellat ideas ille non intelligendi ſolum, ſed etiam dicendi, grauiſſimus auctor et magiſter, Plato.

Idem III de Oratore:

Neque enim quiſquam noſtrum, quum libros Platonis mirabiliter ſcriptos legit, in quibus omnibus etc.

Idem I Tuſcul.

Credamus igitur Panaetio a Platone ſuo diſſentienti. Quem enim omnibus locis diuinum, quem ſapientiſſimum, quem ſanctiſſimum, quem Homerum philoſophorum appellat, huius hanc vnam ſententiam de immortalitate animorum non probat.

DE

DE ARISTOTELE.

Cicero in Bruto:

Quis Ariſtotele neruoſior? Theophraſto dulcior?

Idem in Oratore:

Quanquam enim et philoſophi quidam ornate locuti ſunt, (ſiquidem et Theophraſtus diuinitate loquendi nomen inuenit, et Ariſtoteles Iſocratem ipſum laceſſiuit) tamen horum oratio neque neruos, neque aculeos oratorios ac forenſes habet.

Idem III De Oratore:

Itaque Ariſtoteles ornauit et illuſtrauit doctrinam illam omnem: rerumque cognitionem cum orationis exercitatione coniunxit.

Idem in Topicis:

Quibus philoſophis eo minus ignoſcendum eſt, quod non modo rebus iis, quae ab Ariſtotele dictae et inuentae ſunt, allici debuerunt; ſed dicendi quoque incredibili quadam cum copia, tum etiam ſuauitate.

Idem in Oratore:

Sed quis omnium doctior? quis acutior? quis in rebus vel inueniendis, vel iudicandis, acrior Ariſtotele fuit? quis porro Iſocrati eſt aduerſatus infenſius?

Idem II De inuentione:

Ac veteres quidem ſcriptores artis, vſque a principe illo atque inuentore, Tiſia, repetitos, vnum in locum conduxit Ariſtoteles, et nominatim cuiuſque praecepta magna conquiſita cura perſpicue conſcripſit, atque enodata diligenter expoſuit; ac tantum inuentoribus ipſis ſuauitate et breuitate dicendi praeſtitit, vt nemo illorum praecepta ex ipſorum libris cognoſcat, ſed omnes, qui, quod illi praecipiant, velint intelligere, ad hunc, quaſi ad quendam multo commodiorem explicatorem, reuertantur.

Idem II de Oratore:

Erat enim ab iſto Ariſtotele, a cuius inuentis tibi ego videor non longe aberrare. atque inter hunc Ariſtotelem, cuius et illum legi librum, in quo expoſuit dicendi artes omnium ſuperiorum, et illos, in quibus ipſe ſua quaedam de eadem arte dixit,

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

dixit, et hos germanos huius artis magiſtros, hoc mihi viſum eſt intereſſe, quod ille eadem acie mentis, qua rerum omnium vim naturamque viderat, haec quoque adſpexit, quae ad dicendi artem, quam ille deſpiciebat, pertinebant: illi autem, qui hoc ſolum colendum ducebant, laborarunt in hac vna ratione tractanda, non eadem prudentia, qua ille, ſed vſu in hoc vno genere, ſtudioque maiore.

Idem V De fin. bon. et mal.

Sed etiam Peripatetici veteres, quorum princeps Ariſtoteles, quem, excepto Platone, haud ſcio, an recte dixerim principem philoſophorum.

Idem I Tuſcul.

Ariſtoteles longe omnibus (Platonem ſemper excipio) praeſtans et ingenio et diligentia.

Hactenus *Cicero*: *ex cuius verbis aperiora fore videntur ea, quae a Dionyſio de iiſdem ſcriptoribus dicta ſunt. Conſulto autem ea adſcripſi, quod nonnulla ſint apud Dionyſium, quae operis alterius exemplaris egeant: quod quum nobis defuerit, tu locorum collatione damnum eius repende, in quo potiſſimum Quinctiliani, quae appoſuimus, verba te iuuabunt.*

[a] ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ

ΠΕΡΙ

ΤΩΝ ΑΡΧΑΙΩΝ ΡΗΤΟΡΩΝ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΙΣΜΟΙ.

DIONYSII HALICARNASSENSIS

DE

ORATORIBVS ANTIQVIS COMMENTARII.

[b] Πολλὴν χάριν ἦν εἰδέναι τῷ καθ' ἡμᾶς χρόνῳ δίκαιον, ὦ κράτιστε Ἀμμαῖε, καὶ ἄλλων μέν τινων ἐπιτηδευμάτων ἕνεκα νῦν κάλλιον ἀσκημένων, ἢ πρότερον, ἐχ ἥκιστα δὲ τῆς περὶ τὰς πολιτικὰς λόγους ἐπιμελείας, ἃ μικρὰν ἐπίδοσιν [c] πεποιημένης ἐπὶ τὰ κρείττω. ἐν γὰρ δὴ τοῖς πρὸ ἡμῶν χρόνοις ἡ μὲν ἀρχαία καὶ Φιλόσοφος ῥητορικὴ προπηλακιζομένη καὶ δεινὰς ὕβρεις ὑπομένουσα κατελύετο, ἀρξαμένη μὲν ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος τελευτῆς ἐκπνεῖν καὶ μαραίνεσθαι κατ' ὀλίγον, ἐπὶ δὲ τῆς καθ' ἡμᾶς ἡλικίας μικρῷ δεήσασα

Ingentes aetati noſtrae agendae ſunt gratiae, optime Ammaee, tum propter alias artes, quae iam multo, quam antea, melius excoluntur, tum ſane propter ciuilis eloquentiae exercitationem, * qua vehementer homines ad magiſtratum ineundum promouentur. Nam ſuperioribus temporibus antiqua illa ac docta oratoria facultas deſpecta et multis adfecta iniuriis interiit; iam inde a morte Alexandri magni ſenſim deficiens paulatimque contabeſcens, noſtra tempeſtate eo peruenit, vt penitus propemodum

a In *Ed. Sylb.* Ἐκ τῶν Διονυσίου τοῦ Ἁλικαρνασέως περὶ τῶν ἀρχαίων ῥητόρων πρὸς Ἀμμαῖον ὑπομνηματισμῶν ταῦτα εὑρίσκεται.

b Prooemium hoc, in prima editione omiſſum, *Stephanus* in ſecunda editione adiecit ex *Italicis* bibliothecis. *Sylb.*

* *Al.* quae non mediocria fecerit incrementa.

c Πεποιημένοις in *Cod. Reg.* n. 3461.

d Re-

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

εἰς τέλος ἠφανίσθαι. ἑτέρα δέ τις ἐπὶ τὴν ἐκείνης παρελθοῦσα τάξιν, ἀφόρητος [d] ἀναίδεια θεατρικὴ καὶ ἀνάγωγος, καὶ ἅτε φιλοσοφίας, ἅτ' ἄλλως παιδεύματος ἀδένος μετειληφυῖα ἐλευθερίως, λαθοῦσα καὶ παρακρουσαμένη τὴν τῶν ὄχλων ἄγνοιαν, ἐ μόνον ἐν εὐπορίᾳ καὶ τρυφῇ καὶ μορφῇ πλείονι τῆς ἑτέρας [e] διῆγεν, ἀλλὰ καὶ τὰς τιμὰς καὶ τὰς προσασίας τῶν πόλεων, ἃς ἔδει τὴν φιλόσοφον ἔχειν, [f] εἰς ἑαυτὴν ἀνηρτήσατο· καὶ ἦν φορτική τις πάνυ καὶ ὀχληρά· καὶ τελευτῶσα παραπλησίαν ἐποίησε γενέσθαι τὴν Ἑλλάδα ταῖς τῶν ἀσώτων καὶ κακοδαιμόνων οἰκίαις. ὥσπερ γὰρ ἐν ἐκείναις ἡ μὲν ἐλευθέρα καὶ σώφρων γαμετὴ κάθηται, μηδενὸς ἧσσα τῶν αὐτῆς κυρία· ἑταίρα δέ τις ἄφρων, ἐπ' ὀλέθρῳ τῷ βίῳ παροῦσα, πάσης ἀξιοῖ τῆς οὐσίας ἄρχειν, σκυβαλίζουσα καὶ δεδιττομένη τὴν ἑτέραν· τὸν αὐτὸν τρόπον ἐν πάσῃ πόλει, καὶ ἐδημιᾶς ἦττον ἐν ταῖς εὐπαιδεύτοις· τοῦτο γὰρ ἁπάντων τῶν κακῶν ἔσχατον· ἡ μὲν Ἀττικὴ Μοῦσα καὶ ἀρχαία καὶ αὐτόχθων

dum exstincta sit. Alia autem, theatrali quadam impudentia infamis et contumax, in eius locum successit, quae nec philosophiam, nec alias humaniores artes, amplexa est; at imperitam hominum multitudinem decepit: nec solum maiorem abundantiam, maiores delicias, splendoremque illustriorem sectata est; verum ipsas etiam dignitates, vrbiumque magistratus, quos doctam illam eloquentiam habere par erat, ad se rapuit, et intolerabili se fastu iactans, eo Graeciam redegit, vt prodigis, deprauatis et infortunatis familiis eam similem effecerit. Nam sicuti in illis ingenua et prudens vxor sedet ingloria, cui omni supellectilis vsu interdictum est; vecors vero aliqua pellex, quae alterius necem machinatur, omnem supellectilem inuadit, sibique illius vsum arrogat, veram dominam vili pendens et perterrens: ita iam in omni rep. quin et in bene institutis, (quod profecto omnium malorum summum est) antiqua illa et innata Attica Musa,

d Rectius opinor ἀναιδείᾳ θεατρικῇ, i. e. δι' ἀναίδειαν θεατρικήν. *Sylb.*

e Forsan rectius διήγαγεν,

f Εἰς ἑαυτὸν *Reg.*

g Con-

[g] ἄτομον εἰλήφει σχῆμα, τῶν ἑαυτῆς ἐκπεσοῦσα ἀγαθῶν· ἡ δ' ἔκ τινων βαράθρων τῆς Ἀσίας [h] ἐχθὲς καὶ πρώην ἀφικομένη Μοῦσα, ἢ Φρυγία τις, ἢ Καρικόν τι κακόν, ἢ βάρβαρον, Ἑλληνίδας ἠξίωσε διοικεῖν πόλεις, ἀπελάσασα τῶν κοινῶν τὴν ἑτέραν, ἡ ἀμαθὴς τὴν φιλόσοφον, καὶ ἡ μαινομένη τὴν σώφρονα.

β'. Ἀλλὰ γὰρ ὁ μόνον ἀνδρῶν δικαίων χρόνος σωτὴρ ἄριστος, κατὰ Πίνδαρον, ἀλλὰ καὶ τεχνῶν νὴ Δία καὶ ἐπιτηδευμάτων γε, καὶ παντὸς ἄλλου παιδαίου χρήματος. ἔδειξε δὲ ὁ καθ' ἡμᾶς χρόνος, εἴτε θεῶν τινος ἀρξάντος, εἴτε φυσικῆς περιόδου τὴν ἀρχαίαν τάξιν ἀνακυκλήσης, εἴτ' ἀνθρωπίνης ὁρμῆς ἐπὶ τὰ ὅμοια πολλὰς ἀγάσης· καὶ ἀπέδωκε τῇ μὲν ἀρχαίᾳ καὶ σώφρονι ῥητορικῇ τὴν δικαίαν τιμήν, ἣν καὶ πρότερον εἶχε, καλῶς [i] ἀπολαβεῖν· τῇ δὲ νέᾳ καὶ ἀνοήτῳ παύσασθαι δόξαν ἣ προσήκουσαν καρπουμένῃ, καὶ ἐν ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς τρυφώσῃ. καὶ ὁ καθ' ἓν ἴσως τοῦτο μόνον ἐπαινεῖν τὸν παρόντα χρόνον καὶ τοὺς συμφιλοσοφοῦντας ἀνθρώπους ἄξιον, ὅτι

Musa, propriis bonis priuata, infamis facta est; noua autem haec e speluncis nonnullis heri et nuperrime exorta, vel Phrygia Musa, vel Caricum aliquod malum, aut potius barbarum, aliam e ciuitatibus eliminans, indocta scilicet doctam, sapientem insipiens, ipsas Graeciae ciuitates voluit administrare.

pro toto illo negotio insumsisset. Et profecto quid eum putatis fecisse in eis, quorum nemo conscius est, sed quae ipse solus, nemine praesente, gessit? Quippe qui et ea, quae per alios gessit, et de quibus facile inquirere poteramus, negare ausus fuerit, viginti quatuor minas, vltra quam expenderat, pupillorum rationibus adscribendo. Huius autem rei testes mihi prodeant. Testes. Testes igitur audiuistis, Iudices. Ego vero, ex ea, quam ipse fassus est recepisse, pecunia, septem nimirum talentis et quadraginta minis, nulla quaestus facta mentione, vt sorti omnia detrahamus, rationem subducam, et statuam (quantum nullus vnquam in vrbe duobus filiis ac filiae, paedagogo et ancillae impendit) mille drachmas in singulos annos, [quae efficiunt] paulo minus tribus drachmis in singulos dies. Fiunt autem hinc octo annis octo drachmarum millia: et colliguntur superesse,

us: ὅσον ὑπὲρ ὅλων, *pro toto illo negotio*, seu *in totam istam negotiationem, in vniuersum*. Verum puto: ὅσονπερ ὅλον τὸ ἀνάλωμα, etc. *Markland.*

h Περὶ retinere nil vetat. Si quis tamen παρὰ malit, fruatur suo iudicio. *Sylb.*

i Μικρῷ *Reg.* 2. [vulgo μικρὸν.]

k Ἐν ὀκτὼ αὐταὶ ἔτεσιν *Reg.* 1. et 2.

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

δεικνυνται [l]ἐξ τάλαντα περιόντα τῶν ἑπ]τὰ ταλάντων, καὶ εἴκοσι μναῖ. ὁ γὰρ ἂν δύναιτο ἀποδεῖξαι ἔθ' ὑπὸ τῶν λῃστῶν ἀπολωλεκὼς, ἔτε ζημίαν εἰληφὼς, ἔτε χρήσαις ἀποδεδωκώς....

κή. Ἐν μὲν δὴ τοῖς [m]ἐπιδεικ]τικοῖς λόγοις μαλακώτερος, [n]ὥσπερ ἔφην. βέλεται μὲν γὰρ ὑψηλότερος εἶ-

5

Qualis in orationibus demonstratiuis.

ese, ex septem talentis et quadraginta minis, sex talenta et viginti minae. Neque enim probare potest, aut a latronibus furibusque pecunias ablatas, aut fortunae iniquitate damnoque amissas, aut creditoribus numeratas.„ . . .

XXVIII. In orationibus autem demonstratiuis, vti dixi, mollior est Lysias et effoeminatior. Vult enim aequo sublimior esse et magni-

l Deesse hic quaedam ad calculum animaduertimus. *Schott.* Recte: nempe desunt voces τῶν τετ]ρακόντα μνῶν post εἴκοσι μναῖ: quippe 6000. drachmae efficiunt 60. minas, seu talentum Atticum: 2000. vero drachmae viginti minas. Si igitur ex septem talentis deducas 6000 drachmas, et ex quadraginta minis 2000 drachmas, restabunt sex talenta et viginti minae. Eodem recidet, si legas: καὶ ἀποδείκνυνται ἓξ τάλαντα περιόντα, καὶ εἴκοσι μναῖ. ὁ γὰρ ἂν etc. omissis vocibus τῶν ἑπ]τὰ ταλάντων, quae marginali notae forte debentur. *Markland.* Ista septem talenta modo in initio computi erant septem talenta cum quadraginta minis: quae nescio quo pacto ex hoc loco exciderunt. Ecce enim:

	Tal.	*Min.*
	7.	40.
Subductis 8000 drach.	1.	20.
Residuum erit	6.	20.

Taylor.

m Ἐπιδεικτικοὶ λόγοι sunt demonstratiui generis orationes, vt panegyricae. Sic supra, p. 488. v. 6. *Sylb.* in *Codd. Mss.* δικανικοῖς λόγοις.

n Ὥσπερ ἔφην] Post ἔφην nonnulla deesse videntur: haec enim non cohaerent. *Markland.* Acute animaduertit Marklandus, aliquid hic deesse. Nam ἐν μὲν δὴ indicat conclusionem loci pertractati περὶ τῶν ἀποδείξεων, de quibus inceperat dicere. Τοῖς ἐπιδεικτικοῖς autem et paulo post θήσω δὲ καὶ τούτων transitionis ad orationes ἐπιδεικτικὰς vestigia habent. Deinde Dionysius Lysiam μαλακώτερον dixit, non tam in ἐπιδεικτικοῖς λόγοις, quam in πάθεσιν et ἀποδείξεσιν. Conf. Dionys. edit. Sylburg. p. 107. v. 43. ἐν οἷς (ἀποδεικτικοῖς καὶ παθητικοῖς λόγοις) ὁ μὲν Λυσίας ἁπλούστερός τις ἐστίν. et p. 109. 34. [eiusdem edit. Sylburg.] vbi etiam male scribitur ἐπιδεικτικοῖς pro ἀποδ. quod aperte docet orationis συνάφεια et Sylburgius

ναι, καὶ [o]μεγαλοπρεπέστερος, καὶ τῶν γε καθ' ἑαυτὸν, ἢ πρότερον, ῥητόρων ἀκμασάντων ἀδενὸς ἂν δόξειεν εἶναι καταδεέστερος· ὁ δὲ γε ἀκροατὴν, ὥσπερ Ἰσοκράτης, ἢ Δημοσθένης. θήσω δὲ καὶ τούτων παράδειγμα.

5

κθ'. [p]Ἐστι δή τις αὐτῷ πανηγυρικὸς λόγος, ἐν ᾧ πείθει τοὺς [q]Ἕλληνας, ἀγομένης Ὀλυμπιάσι τῆς πανηγύρεως, ἐκβάλλειν Διονύσιον τὸν τύραννον τῆς ἀρχῆς, καὶ Σικελίαν ἐλευθερῶσαι, ἄρξασθαί τε τῆς ἔχθρας αὐτίκα μάλα, διαρπάσαντας τὴν τοῦ τυράννου σκηνὴν χρυ-

10

Ostenditur exemplo.

σῷ τε καὶ πορφύρᾳ καὶ ἄλλῳ πλούτῳ πολλῷ κεκοσμημέ-

magnificentior; nullique oratorum, vel qui tunc florebant, vel ante eius aetatem floruerant, inferior: non tamen auditores, more Isocratis et Demosthenis, excitat. Cuius etiam rei exemplum proponam.

XXIX. Scripsit Panegyricum quendam; in quo Graecos in Olympicis congregatos hortatur, Dionysium tyrannum vt regno exuant, Siciliam ab eius tyrannide liberent; inimicos se eius et hostes quamprimum ostenderent, eius tentorium auro et purpura atque aliis ornamentis insigne diripiendo.

gius ad h. l. Denique nullum exemplum epilogi commemorauit, de quo tamen etiam dicere constituerat. Ex his satis puto apparere, aliquid deesse, quod etsi fine ope codd. restitui vix potest, interim tamen expleri poterit hoc modo: Ἐν μὲν δὴ ταῖς ἀποδείξεσι καὶ πάθεσι καὶ ὅλως τοῖς δικανικοῖς λόγοις μαλακώτερος, ὥσπερ ἔφην. Τοιοῦτος δέ τίς μοι εἶναι δοκεῖ καὶ ἐν τοῖς ἐπιδεικτικοῖς λόγοις. βέλεται — Δημοσθένης. θήσω δὲ καὶ τούτων (scil. τῶν ἐπιδεικτικῶν λόγων) παραδείγματα. *Matthaei.*

o Μεγαλοπρεπέστατος *Mss.* et mox v. 2. ἀθενὸς.

p Ἔστι δή τις αὐτῷ etc.] Praeter *Dionys. Halic.* qui nobis conseruauit luculentum hoc fragmentum, memorant *Theo*, cap. 1. et *Diod. Sic.* ad Olymp. XCVIII. Μετὰ δὲ ταῦτα διεγέλων τὸν Διονύσιον, καὶ κατεγίνωσκον ἐπὶ τοσοῦτον, ὥσε τινὰς τολμῆσαι διαρπάζειν τὰς σκηνάς. καὶ γὰρ Λυσίας ὁ ῥήτωρ τότε διατρίβων ἐν Ὀλυμπίᾳ προετρέπετο τὰ πλήθη, μὴ προσδέχεσθαι τοῖς ἱεροῖς ἀγῶσι τὸν ἐξ ἀσεβεστάτης τυραννίδος ἀπεσταλμένους θεωρούς. ὅτε καὶ τὸν Ὀλυμπιακὸν λόγον ἐπιγεγραφόμενον ἐνέγνω. *Taylor.*

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

νην. ἔπεμψε γὰρ θεωρὸς εἰς τὴν πανήγυριν ὁ Διονύσιος, ἄγοντας θυσίαν τῷ θεῷ· μεγαλοπρεπής τε καταγωγὴ τῶν θεωρῶν ἐγίνετο ἐν τῷ τεμένει καὶ πολυτελής, ἵνα θαυμασθείη μᾶλλον ὁ τύραννος ὑπὸ τῆς Ἑλλάδος. ταύτην λαβὼν τὴν ὑπόθεσιν, τοιαύτην πεποίηται τὴν ἀρχὴν τῶ λόγω·

λ'. „Ἄλλων τε πολλῶν καὶ καλῶν ἔργων ἕνεκα, ὦ ἄνδρες, ἄξιον Ἡρακλέους μεμνῆσθαι, καὶ ὅτι τόνδε τὸν ἀγῶνα πρῶτος συνήγειρε δι' εὔνοιαν τῆς Ἑλλάδος. ἐν μὲν γὰρ τῷ τέως χρόνῳ ἀλλοτρίως αἱ πόλεις πρὸς ἀλλήλας διέκειντο· ἐπειδὴ δὲ ἐκεῖνος τὰς τυράννους ἔπαυσε, καὶ τὰς ὑβρίζοντας ἐκώλυσεν, ἀγῶνα μὲν σωμάτων ἐποίησε, Φιλοτιμίαν [q]δὲ [r]πλάτῳ, γνώμης δ' ἐπίδειξιν ἐν τῷ καλλίστῳ τῆς Ἑλλάδος· ἵνα τούτων ἁπάντων ἕνεκα εἰς τὸ αὐτὸ συνέλθωμεν, τὰ μὲν ὀψόμενοι, τὰ δὲ ἀκουσόμενοι. ἡγήσατο γὰρ τὸν ἐνθάδε σύλλογον [s]ἀρχὴν

piendo. Miserat enim Dionysius ad panegyrim ludorum et certaminum spectatores, qui victimas deo immolarent. Horum splendidus et magnificus in fanum ingressus fuit, vt ita pluris ab vniuersa Graecia tyrannus aestimaretur. Hac occasione arrepta, ita orationem suam orator exorsus est:

XXX. „Aequissimum est, Iudices, ob multa quidem praeclare gesta Herculis memoriam celebrare; tum praesertim, quod primus ipse hoc certamen, ad Graeciam vniuersam conciliandam, instituerit. Ad illud enim vsque tempus mutuis inter se dissensionibus vrbes ardebant: postquam vero ille tyrannos domuisset, et sibi infestos coërcuisset, corporum quidem certamen, sed simul contentionem propter diuitias et sententiae declarationem in pulcherrimo totius Graeciae loco instituit; vt nimirum propter haec omnia eundem in locum conueniremus, illud quidem videremus, haec vero audiremus. Credidit enim, illum conuentum mutuae Graecis

q Omittunt *Reg.* 1. et 2.

r Πλάτῳ] Lege πλάτει. *Taylor.* Verius πλάτει, vt σωμάτων ἀγῶνα, et γνώμης ἐπίδειξιν. Orat. II. Lysiae: ἀγῶνες τίθενται ἐπ' αὐτοῖς ῥώμης καὶ σοφίας καὶ πλάτει. *Markland.*

s Ἀρχὴν γενέσθαι] Vel γενήσεσθαι, vel ἀρχὴν ἂν γενέσθαι, opinor legendum. *Markland.*

γενέσθαι τοῖς Ἕλλησι τῆς πρὸς ἀλλήλους φιλίας. ἐκεῖνος μὲν ἔν ταὐτῷ ὑφηγήσατο. ἐγὼ δὲ ἧκω ὁ μικρολογησόμενος, ὁδὲ περὶ τῶν ὀνομάτων μαχέμενος· ἡγοῦμαι γὰρ ταῦτα, [t]ἔργα μὲν εἶναι σοφιστῶν λίαν [u]ἀχρήσων καὶ σφόδρα βίᾳ δεομένων· ἀνδρὸς δ' ἀγαθοῦ καὶ πολίτου πολλοῦ ἀξίου, περὶ τῶν μεγίστων συμβουλεύειν· ὁρῶν ὅτως αἰσχρῶς διακειμένην τὴν Ἑλλάδα, καὶ πολλὰ μὲν αὐτῆς οὖσα ὑπὸ τῷ βαρβάρῳ, πολλὰς δὲ πόλεις ὑπὸ τυράννων ἀνασῴσας γεγενημένας. καὶ ταῦτα εἰ μὲν δι' ἀσθένειαν ἐπάσχομεν, σέργειν ἂν ἦν ἀνάγκη τὴν τύχην· ἐπειδὴ δὲ

Graecis amicitiae et concordiae initium quoddam futurum. Haec igitur ipsius mens fuit et propositum. Ego vero haec non reprehensurus, aut fugillaturus, vel de verbis certaturus, huc veni. Puto namque, haec spectare ad homines lucro admodum inhiantes, ac vitae hominum maxime insidiantes: hominis vero boni ciuisque optimi partes esse, de maximis rebus consultare; videns scilicet Graeciam adeo deformatam, multaque illius loca a barbaro occupata, et plurimas a tyrannis vrbes vastatas. Quae quidem si per nostram imbecillitatem infirmitatemque passi essemus, sortem nostram ferremus necesse esset. Cum vero ob

t Ἔργα μὲν εἶναι σοφὰ τῶν λίαν χρησῶν [vt in vulgatis legitur] etc.] Coniicio: ἔργα μὲν εἶναι σοφιστῶν λίαν ἐριστικῶν, (vel ἐρισῶν) καὶ σφόδρα βίᾳ δεομένων: *arbitror enim, haec esse sophistarum valde contentiosorum, et victus valde indigentium.* Aristocles apud Eusebium Praep. Euang. XV. 1. σοφισταὶ, καὶ ἐριστικοὶ, καὶ ῥήτορες. Dionys. Halicarn. in Isocrate: πεφυρμένην δὲ παραλαβὼν τὴν ἄσκησιν τῶν λόγων ὑπὸ τῶν περὶ Γοργίαν καὶ Πρωταγόραν σοφιστῶν, πρῶτος ἐχώρησεν ἀπὸ τῶν ἐριστικῶν τε καὶ σοφιστικῶν ἐπὶ τὰς πολιτικάς: ita legendum puto pro καὶ φυσικῶν, ex Diog. Laërtio, lib. IX. Vit. Protagorae: καὶ πρῶτος — σόφισμα τοῖς πραγματολογοῦσι προσήγαγε· καὶ τὴν διάνοιαν ἀφεὶς, πρὸς τὸ νόημα διελέχθη. καὶ τὸ νῦν ἐπιπόλαιον γένος τῶν ἐριστικῶν ἐγέννησεν. Quin et scripsit Protagoras τέχνην ἐριστικῶν, teste eodem Laërtio. Legi quoque potest ἀχρήσων pro χρησῶν. *Markland.* Pro σοφὰ, quod in vulgatis est, *Reg.* 2. dat σοφῶν.

u Χρησῶν [vti vulgatae exhibent pro ἀχρήσων] referendum videtur ad nom. sing. χρήσης, *vsurarius*, quo vsus est etiam p. 518. v. 3. *Sylb.*

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

διὰ τάσιν καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους φιλονεικίαν, πῶς οὐκ ἄξιον, τῶν μὲν παύσασθαι, τὰ δὲ κωλῦσαι, εἰδότας, [x] ὅτι φιλονεικεῖν μέν ἐστιν εὖ πραττόντων, γνῶναι δὲ τὰ βέλτιστα τῶν αὐτῶν; ὁρῶμεν γὰρ τοὺς κινδύνους, καὶ μεγάλους, καὶ πανταχόθεν περιεστηκότας. ἐπίστασθε δέ, ὅτι ἡ μὲν ἀρχὴ τῶν κρατούντων τῆς θαλάσσης, τῶν δὲ χρημάτων βασιλεὺς ταμίας· τὰ δὲ τῶν Ἑλλήνων σώματα τῶν δαπανᾶσθαι δυναμένων· ναῦς δὲ πολλὰς αὐτὸς κέκτηται, πολλὰς δ' ὁ τύραννος τῆς Σικελίας. ὥστε ἄξιον, τὸν μὲν πρὸς ἀλλήλους πόλεμον καταθέσθαι, τῇ δ' αὐτῇ γνώμῃ χρωμένους τῆς σωτηρίας ἀντέχεσθαι· καὶ περὶ μὲν τῶν παρεληλυθότων αἰσχύνεσθαι, περὶ δὲ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι δεδιέναι, καὶ τοὺς προγόνους μιμεῖ-

ob seditiones mutuamque discordiam, quomodo non erit aequissimum, his quidem finem ponere, illa vero eliminare ac prohibere; cum nouerimus, ipsam aemulationem et de gloria contentionem inter viros egregios oriri solere; et eosdem ipsos, quid optimum sit, cognoscere? Vndique enim pericula immensa instare videmus. Scitis autem, imperium esse eorum, qui mari dominantur, pecuniarum dispensatorem esse Regem; Graecorum vero corpora eorum, qui consumi et deleri possunt. Naues ipse multas possidet, multas etiam Siciliae tyrannus. Vt aequum sit, * bellum commune suscipi, et eos, qui eiusdem sententiae, salutem retinere: de praeteritis quidem erubescere, de futuris vero metuere, et maiores imitari, qui

[x] Ὅτι φιλονεικεῖν μέν ἐστιν εὖ πραττόντων, γνῶναι δὲ τὰ βέλτιστα τῶν αὐτῶν] Nisi fallor, scripsit Lysias τῶν ἀτυχούντων, non τῶν αὐτῶν, et forte ἐστι τῶν εὖ πραττόντων: *vixari et contendere solent rebus secundis vtentes: qui vero in aduersis sunt, quid optimum factu sit, consulere.* Huc tendit ratio, et confirmant sequentia. Mox, δαπανᾶσθαι significatione actiua sumendum, *pecuniam insumere*; vt orat. XXV. Lysiae: πλείω τῶν ὑπὸ τῆς πόλεως προσαττομένων ἐδαπανώμην. Interpres Brabantus male vertit: *consumi et deleri. Markland.*

* *Al.* bellum priuatum deponi, communique sententia saluti prospicere.

σθαι, οἳ τὰς μὲν βαρβάρους ἐποίησαν, τῆς ἀλλοτρίας ἐπιθυμοῦντας, τῆς σφετέρας αὐτῶν ἐστερῆσθαι· τὰς δὲ τυράννους ἐξελάσαντες, κοινὴν ἅπασι τὴν ἐλευθερίαν κατέστησαν. Θαυμάζω δὲ Λακεδαιμονίους πάντων μάλιστα, τίνι ποτὲ γνώμῃ χρώμενοι, καιομένην τὴν Ἑλλάδα περιορῶσιν, ἡγεμόνες ὄντες τῶν Ἑλλήνων, οὐκ ἀδίκως, καὶ διὰ τὴν ἔμφυτον ἀρετὴν, καὶ διὰ τὴν πρὸς τὸν πόλεμον ἐπιστήμην· μόνοι δὲ οἰκοῦντες ἀπόρθητοι, καὶ ἀτείχιστοι, καὶ ἀσασίαστοι, καὶ ἀήττητοι, καὶ [y] τρόποις ἀεὶ τοῖς

qui barbaros, dum alienis inhiabant regionibus, suis ipsorum exuerant, tyrannisque expulsis, communem omnibus libertatem attulerunt. Prae caeteris autem Lacedaemonios demiror, quonam tandem animo ardere Graeciam patiantur, cum ipsi Graecorum duces sint et principes; idque non per nefas, sed virtute propria, reique militaris scientia dominatu comparato: soli vero portu careant et muris, sine seditione sint, et inuincibiles, et iisdem semper

[y] Τρόποις [vt vulgatae exhibent] ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς χρώμενοι] Lege τρόποις, *moribus*: quod, de Lacedaemoniis dictum, probatione non indiget. Quae vero praecedunt, sic distingui debent: ἡγεμόνες ὄντες τῶν Ἑλλήνων, (οὐκ ἀδίκως, καὶ διὰ — ἐπιστήμην) μόνοι δὲ οἰκοῦντες ἀπόρθητοι, etc. quae vltima *Vanderheidius* sic vertit: *soli vero portu careant.* Miror, vnde hanc interpretationem expiscatus est. Vult Lysias: *soli vero ex omnibus Graecis terram habitantes vastationibus hostilibus non obnoxiam*, vel *quae non vastata fuit*; (vide Hesychium v. ἀπόρθητος) vnde Epaminondas apud Aelianum Var. Hist. XIII. 42. dicit, *Laconicam* πεντακοσίοις ἐνιαυτοῖς ἀδῄωτον ὖσαν, *per quingentos annos non vastatam*; scil. vsque ad tempora sua, quae seriora erant huius orationis scriptione. Demades: ὁ δὲ πρότερον ἀπείρατος ὢν πολεμίας σάλπιγγος Εὐρώτας βοιωτὸς ἐν τῇ Λακωνικῇ στρατοπεδεύοντας εἶδεν: loquitur de pugna Leuctrica. Dinarchus aduersus Demosthenem: τότε τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην ἐνίκησεν ἡ τῶν Θηβαίων πόλις, τότε εἰς τὴν ἀπόρθητον νομιζομένην εἶναι Λακεδαιμονίων χώραν εἰσέβαλον. Archidamus apud Isocratem, p. m. 245. ἐν γὰρ τοῖς ἐπέκεινα χρόνοις οὐδένες πώποτε κρείττονες ἡμῶν εἰς ταύτην τὴν χώραν εἰσέβαλον: de *Laconica* loquitur. Aeschines κατὰ Τιμάρχου, p. 174. 3. [edit. Lips.] ὃ πολὺν χρόνον τὴν Σπάρτην ἀπόρθητον οἰκήσουσι, τοιούτοις ἐν ταῖς ἐκκλησίαις συμβούλοις χρώ-

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

αὐτοῖς χρώμενοι· ὧν ἕνεκα ἐλπὶς ἀθάνατον τὴν ἐλευθερίαν αὐτὰς κεκτῆσθαι, καὶ ἐν τοῖς παρεληλυθόσι κινδύνοις σωτῆρας γενομένας τῆς Ἑλλάδος, περὶ τῶν μελλόντων προορᾶσθαι. ἃ τοίνυν ὁ ἐπιὼν καιρὸς τῶ παρόντος βελ-

semper locis vtentes. Atque ideo sperandum est, perpetuam eos libertatem habituros: cumque in praeteritis periculis Graeciae suspitatores exstiterint, futura praeuisuros. Non tamen futura aetas hac prae-

χρώμενοι. Thucydides quoque ad hanc Lacedaemoniorum felicitatem adludit lib. VIII. segm. 24. et Maximus Tyrius Dissert. XXXIII. p. 346. edit. Cantabr. [seu T. I. Dissert. III. p. 44. v. pen. et vlt. edit. Lipsi.] vocat *Spartam* πόλιν ἀθέατον πολεμίων, ἀθέατον ξενικῶν ἀσπίδων. Vnde Xenophon narrat, Ἑλλην. lib. VI. p. 608. A. post pugnam Leuctricam, quando Thebani Laconicam vastabant, mulieres Spartanas *ne fumum quidem adspicere sustinuisse*, ἅτε οὐδέποτε οὐδεμίαν πολεμίαν, *quippe quae hostes nunquam vidissent*. Et magnus inde honor Thebanis, ὅτι πεπορθηκότες τὴν χώραν τῶν Λακεδαιμονίων ἐφαίνοντο, vt refert idem Ἑλλην. VII. p. 621. Patet iam, quare ἀπόρθητοι hic dicantur Lacedaemonii. Sit igitur, vt Laconica, secundum Epaminondae dictum, ἀπόρθητος et ἀδήωτος fuerit per quingentos annos, nempe vsque ad pugnam Leuctricam, seu Olympiad. CII. Iustinus enim, qui lib. III. refert, Periclem (multis annis ante Epaminondam) *Spartanorum agros vastasse*, et *totam Spartam depraedatam esse*, refellitur a *Perizonio* ad Aeliani locum modo citatum. Sed quomodo refellemus Thucydidem? qui lib. IV. 41. narrat, *Messenios*, anno VII. belli Peloponnesiaci, seu Olympiad. LXXXVIII. 4. *agrum Laconicum latrociniis infestasse*, (ἐληΐζον) *maximisque maleficiis affecisse*; et notat, rem hanc *nouam* Lacedaemoniis contigisse: οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, ἀμαθεῖς (potius ἀπαθεῖς) ὄντες ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ λῃστείας, καὶ τῶ τοιούτῳ πολέμῳ, — ὡ ῥᾳδίως ἔφερον: *Lacedaemonii vero, quod superiore tempore latrocinia et huiusmodi bellum non experti fuerant, aegre ferebant*. Vide et V. 14. vbi igitur meminit λῃστευομένης τῆς χώρας. Non igitur, vt videtur, ἀδήωτος Laconica vsque ad tempora Epaminondae; nisi dicendum sit, has incursiones non adeo magni momenti fuisse, nec inter *vastationes* numerari dignas. Sed ad Lysiam. Infra, pro ἐνορῶν Stephanus coniicit ἐνορῷ, vel ἐνορᾷν. Vltimum verius puto. *Markland.*

z Pro

τίων· ὡ γὰρ ἀλλοτρίας δεῖ τὰς τῶν ἀπολωλότων συμφορὰς νομίζειν, ἀλλ' οἰκείας· ὡδ' ἀναμεῖναι, ἕως ἂν ἐπ' αὐτὰς ἡμᾶς αἱ δυνάμεις ἀμφοτέρων ἔλθωσιν, ἀλλ' ἕως ἔτι ἔξεστι, τὴν τούτων ὕβριν κωλῦσαι. τίς γὰρ ἂν [z]ἐνορῶν ἐν τῷ πρὸς ἀλλήλας πολέμῳ μεγάλας αὐτὰς γεγενημένας; ὧν ὡ μόνον αἰσχρῶν ὄντων, ἀλλὰ καὶ δεινῶν, τοῖς μὲν μεγάλα ἐξημαρτηκόσιν ἐξουσία γεγένηται τῶν πεπραγμένων, τοῖς δὲ Ἕλλησιν ὡδεμία αὐτῶν τιμωρία.,,

λά. Ἑνὸς ἔτι παράδειγμα θήσω λόγω συμβουλευτικῶ, ἵνα καὶ τούτω τῶ γένει τῶ λόγω ὁ χαρακτὴρ γένηται σαφής.

λβ'. Ὑπόθεσιν δὲ περιείληφε, περὶ τοῦ μὴ καταλῦσαι τὴν πάτριον πολιτείαν Ἀθήνησι. τοῦ γὰρ δήμου κατελθόντος ἐκ Πειραιῶς, [a]καὶ ψηφισαμένου διαλύσα-

praesenti melior: neque enim pereuntium calamitates vt alienae sunt habendae, sed propriae; nec exspectandum, donec nos ipsos amborum potentia opprimat, sed quamdiu adhuc integrum est, eorum iniuriam propulsare oportet. Quis enim non videat, bello intestino et ciuili eorum potentiam accreuisse? quae cum non solum turpia sint, sed etiam grauia, iis quidem, qui grauissime deliquerunt, licentia commissorum data est, Graecis vero nullum ob id supplicium irrogatum.,,

XXXI. Verum adhuc exemplum proferam in genere deliberatiuo; vt appareat, qualem in hoc orationis genere stylum habuerit. *Qualis in orationibus deliberatiuis.*

XXXII. Argumentum est, non esse abolenda patriae institutа, et regimen ciuitatis Athenienſis. Populo enim e Piraeëo reuerso, et decretum ferente, reconciliationem cum iis, qui in vrbe erant,

z Pro ἐνορῶν legendum vel ἐνορῷ, vel ἐνορᾷν. quod *Stephanus* quoque in suae editionis margine adnotauit. *Sylb.*

a Lego: καὶ ψηφισαμένου διαλύσασθαι τὰς πρὸς τοὺς ἐν ἄστει ἐχθρας. quo modo apud *Isocratem*: ἐξῶν ἐξέστω τὰς πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς ἐχθρας διαλύσασθαι. *Hudsonus.* Male, vt videtur. Centies enim haec omittuntur. Vid. Aeschin. contra Ctesiph. p. 482. edit. Lipsi.

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

σθαι πρὸς τὰς ἐν ἄστει, καὶ μηδενὸς τῶν γεγενημένων μνησικακεῖν· δέκας δὲ ὄντος, μὴ πάλιν τὸ πλῆθος εἰς τὰς εὐπόρους ὑβρίζῃ τὴν ἀρχαίαν ἐξουσίαν κεκομισμένον, καὶ πολλῶν ὑπὲρ τούτων γινομένων λόγων, [b]Φορμίσιός τις τῶν συγκατελθόντων μετὰ τοῦ δήμου, γνώμην εἰσηγήσατο, τοὺς μὲν [c]φεύγοντας κατιέναι, τὴν δὲ πολιτείαν μὴ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς τὴν γῆν ἔχουσι παραδοῦναι, βουλομένων ταῦτα γενέσθαι καὶ Λακεδαιμονίων. ἔμελλον δὲ, τοῦ ψηφίσματος τούτου κυρωθέντος, πεντακισχίλιοι σχεδὸν Ἀθηναίων ἀπελαθήσεσθαι τῶν κοινῶν. [d]ἵνα δὴ μὴ τοῦτο γένοιτο, γράφει τὸν λόγον τόνδε ὁ Λυσίας τῶν ἐπισήμων τινὶ καὶ πολιτευομένων. εἰ μὲν οὖν ἐρρήθη τότε, ἄδηλον· σύγκειται γοῦν ὡς πρὸς ἀγῶνα ἐπιτηδείως. ἔστι δὲ ὅδε·

λγ'. „Ὅτε [e]ἐνομίζομεν, ὦ Ἀθηναῖοι, τὰς γεγενημένας συμφορὰς ἱκανὰ μνημεῖα τῇ πόλει καταλελεῖφθαι, ὥστε μηδ' ἂν τοὺς ἐπιγινομένους ἑτέρας πολιτείας ἐπιθυμεῖν, τότε δὴ ἦτοι τοὺς κακῶς πεπονθότας, καὶ ἀμφοτέρων πεπειραμένους, ἐξαπατῆσαι ζητοῦσι τοῖς αὐτοῖς ψηφίσμασιν, οἷσπερ καὶ πρότερον. διὸ δὴ καὶ τούτων μὲν ἃ θαυμάζω, ὑμῶν δὲ τῶν ἀκροωμένων, [f]ὅτι πάντων εἰσὶν ἐπιλησμονέστατοι, [g]ἢ πάσχειν ἑτοιμότατοι κακῶς ὑπὸ τοιούτων ἀνδρῶν, οἳ τῇ μὲν τύχῃ τῶν ἐκ Πειραιῶς πραγμάτων μετέσχον, τῇ δὲ γνώμῃ τῶν ἐξ ἄστεος. καίτοι τί ἔδει φεύγοντας κατελθεῖν, εἰ χειροτονοῦντες [h]ὑμᾶς αὐτοὺς καταδεδλώσεσθε; ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ Ἀθηναῖοι, [i]ἅτε

erant, faciendam esse, nullamque praeteritorum commissorum memoriam habendam; fuerunt, qui timerent, ne iterum plebs, antiquam in libertatem et auctoritatem restituta, in ditiores insolesceret: multis autem verbis hac de re habitis, Phormisius quidam, e numero eorum, qui cum populo erant reuersi, sententiam populi retulit, scilicet exsules debere reuerti, et remp. non omnibus, sed iis tantum, qui terram incolerent et possiderent, committendam; quod et Lacedaemonii ita fieri volebant. Cum itaque decretum hoc iam promulgatum esset, quinque paene Athenienſium millia a reip. regimine amouendi erant. Hoc vero ne fiat, hanc Lysias orationem scripsit vni e ditioribus ciuibus, et qui e reipub. gubernatoribus erat. An vero tunc habita fuerit, non constat. Ita vero se habet:

Orationis deliberatiuae specimen ex Lysia.

XXXIII. „Cum putaremus, praeteritas calamitates, Athenienses, neque

Lipsius Aelian. Var. Hist. XII. 3. Theophrast. Charact. 13. περὶ ἀκαιρίας: ἀμφοτέρων βουλομένων διαλύεσθαι. *Matthaei.*

b Φορμίσιός τις] De hoc loquitur Dinarchus p. 84. edit. *Ald. Matthaei.*

c Forte φυγόντας. *Matthaei.*

d Ἵνα δὴ μὴ *Reg.* 1. et 2. [vulgo ἵνα μὴ δή.]

e Codices nonnulli νομίζομεν habent praesenti tempore, vt adnotauit *Stephanus*. *Hudsonus*. Stephanus coniicit νομίζομεν: opinor, quia sequitur ζητοῦσι, in praesenti. Sed nihil muta. Sic enim loquitur Lysias orat. XXVIII. ὅταν γὰρ ἡγησάμεθα σωτηρίας ἀντειλῆφθαι, δεινότερα ὑπὸ τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων πάσχομεν, ἢ ὑπὸ τῶν πολεμίων. *Markland.*

f Ὅτι πάντων εἰσὶν ἐπιλησμονέστατοι, ἢ πάσχειν ἑτοιμότατοι] Lego ἐστὲ, *estis*: praecessit enim ὑμῶν. Pro ἢ πάσχειν Stephanus οἱ πάσχειν. Si cogitasset vir maximus, corruptam esse vocem εἰσὶν, nihil praeterea mutatum isset. Sententia est maxime perspicua *estis*: *omnium hominum obliuiosissimi, vel male pati paratissimi. Markland.* οἱ πάσχειν Steph. et mssti Dionys. Fort. ὑμῶν δὲ τῶν ἀκροωμένων, (scil. θαυμάζω) ὅτι πάντων ἐστὲ ἐπιλησμονέστατοι, καὶ πάσχειν ἑτοιμότατοι κ.τ.λ. *Taylor.*

g Pro coniunctione ἢ in *Codd.* quibusdam habemus articulum οἱ, vt *Stephanus* adnotat. *Sylb.*

h Ὑμᾶς] ὑμεῖς Schottus: veritus nimirum, *Primo ne medium, medio ne discrepet imum.* Atque id profecto cauit sedulo. *Taylor.*

i οὔτε γένει ἀπελαυνόμενος, ἀλλ' ἀμφό-

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

ἡλικίᾳ, ὅτε γένει, ἀπελαυνόμενος, ἀλλ' ἀμφότερα τῶν ἀντιλεγόντων πρότερος ὢν, ἡγοῦμαι, ταύτην μόνην σωτηρίαν εἶναι τῇ πόλει, ἅπασιν Ἀθηναίοις τῆς πολιτείας μετεῖναι· ἐπεὶ ὅτε καὶ τὰ τείχη, καὶ τὰς ναῦς, καὶ τὰ χρήματα, καὶ συμμάχους [k] ἐκτησάμεθα, [l] οὐχ

neque aetate, neque genere, illis cedo, hanc solum vrbi esse salutem puto, si omnes ciues ad vrbis gubernacula admoueantur. Quoniam cum et muros, naues, pecunias, socios habuerimus, non solum id spectauimus, vt Athenienſium

ἀμφότερα etc.] Idem heros: [*Stephanus* puta] ὅτε ἡλικίᾳ, [quae duo verba a vulgatis absunt] ὅτε γένει, ἀπελαυνόμενος, etc. Sequitur enim ἀμφότερα, quae *duo* antecedentia postulat. Sed si argumentum orationis spectes, aptius videbitur ὅτε πλούτῳ, ὅτε γένει. Phormisii enim ψήφισμα, si perlatum fuisset, exclusurum erat a republica quinque millia *pauperum* et *plebeiorum* ciuium. Huic se opponit orator, *diues* (aetas enim non adeo ad rem praesentem) et *nobilis* quidam Athenienſis, pro quo hanc orationem scripsit Lysias. Quod vero Stephanus in marginem editionis suae ex coniectura retulerat, id *Sylburgius* quasi ex codd. mstis prolatum citare videtur, et hoc loco, et nonnullis aliis. *Markland.*

k Ἐκ]τησάμεθα *Reg.* 1. et 2. [in vulgatis est ἐκτήμεθα.]

l Οὐχ ὅτως [ita vulgo] ἵνα Ἀθηναίων τινὰ ποιήσωμεν] Οὐχ ὅπως ἵνα Ἀθηναῖόν τινα ποιήσωμεν Steph. et msti Dionysii, secundum editores, ni hic, vti et alibi forsan, Stephani diuinationes pro mstorum codd. lectione accipiant. Οὐ τοῦτο μόνον ἵνα Ἀθηναίων ταῦτα ποιήσωμεν διενοήμεθα: *Schotti Obseruatt. human.* IV. 9. *Taylor.* Recte Stephanus: οὐχ ὅπως ἵνα Ἀθηναῖόν τινα. Sed quid est ποιήσωμεν? Hoc menti oratoris aduersa fronte pugnat. Scribo ἀπολέσωμεν: sequitur enim: νυνὶ δὲ καὶ τοὺς ὑπάρχοντας πολίτας ἀπολοῦμεν [vt quidem vulgatae exhibent pro ἀπελοῦμεν] *s nunc vero*, non modo nouos non adsciscemus, sed *etiam illos, qui iam sunt ciues, amittemus*? Lys. orat. XIII. πολλοὺς γὰρ τῶν πολιτῶν καὶ ἀγαθοὺς ἀπωλέσαμεν. Andocides de mysteriis p. 19. [scil. edit. Steph. seu p. 74. edit. Lipsi.] καὶ μὴ βούλεσθε Θετταλοὺς καὶ Ἀνδρίους πολίτας ποιεῖσθαι δι' ἀπορίαν ἀνδρῶν, τοὺς δὲ ὄντας πολίτας — ἀπόλλυτε: appositе. Dicit Lysias: Istis duris temporibus tam longe abfuimus a cogitatione et consilio *amittendi* quenquam ciuem Athenienſem, vt etiam ius

ὅπως ἵνα Ἀθηναίων τινὰ ποιήσωμεν, διενοούμεθα, ἀλλὰ καὶ Εὐβοεῦσιν ἐπιγαμίαν ἐποιούμεθα· νῦν δὲ καὶ τοὺς ὑπάρχοντας πολίτας ἀπολοῦμεν; ἆρ', ἂν ἐμοιγε πειθώμεθα. ἀδὲ μετὰ τῶν τειχῶν καὶ ταῦτα ἡμῶν αὐτῶν περιαιρησόμεθα, ὁπλίτας πολλοὺς καὶ ἱππέας καὶ τοξότας· ὧν ὑμεῖς ἀντεχόμενοι, βεβαίως δημοκρατήσεσθε, τῶν δὲ ἐχθρῶν πλέον ἐπικρατήσετε, ὠφελιμώτεροι δὲ τοῖς συμμάχοις ἔσεσθε. [m] ἐπίσασθε γὰρ ταῖς ἐφ' ἡμῶν ὀλιγαρχίαις γεγενημέναις, [n] καὶ οὐ τοὺς γῆν κεκ]τημένους ἔχοντας τὴν πόλιν, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀποθανόντας,

nienſium haec essent propria, sed et Euboeenſibus ius connubii faceremus: nunc vero etiam ipsos ciues perdemus? Nequaquam, mihi credite. Neque enim cum muris et haec ipsa nostra auferemus; multos scilicet pedestres copias et equestres et sagittarios: quos vos retinentes fortiter et valide rempubl. administrabitis, inimicos magis magisque profligabitis, et sociis vestris multo vtiliores eritis. * Scitis enim, tempore Oligarchiae nec eos, qui terram possiderent, vrbem inhabitasse, sed et plurimos eorum mortuos

ius ἐπιγαμίας Euboeenſibus concesserimus, vt inde nouorum ciuium accessione respublica firmaretur. *Markland.*

m Ἐπίσασθε γὰρ ταῖς etc.] Ἐπίσασθε γὰρ ταῖς ἐφ' ἡμῶν ὀλιγαρχίαις γεγενημέναις οὐ τοὺς γῆν κεκτημένους ἔχοντας τὴν πόλιν, πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀποθανόντας κ. τ. λ. omissis καὶ et deinde ἀλλὰ καὶ. *Obseru. human.* IV. 9. *Taylor.*

* *Scitis enim, iis, quae nostro tempore fuerunt, Oligarchiis ipsorum multos, qui rem non habebant, in vrbe remanentes, partim interiisse, partim vrbe eiectos esse*, etc. vertit *Vander Heidius*, illud καὶ v. pen. atque ista ἀλλὰ καὶ v. vlt. vncis includens.

n Καὶ οὐ τοὺς γῆν etc.] Vel delendum videtur καὶ, vel ponendum supra: ἐπίσασθε γὰρ καὶ ταῖς ἐφ' ἡμῶν etc. Quemadmodum in Luca erratum, V. 35. ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι καὶ ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, τότε νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις: vbi καὶ, ita positum, nulli neque vsui, neque venustati, inseruit. Repone: ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι, ὅταν ἀπαρθῇ — καὶ τότε νηστεύσουσιν etc. et ita plane Matthaeus IX. 15. ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι, ὅταν ἀπαρθῇ — καὶ τότε νηστεύσουσιν. et Marcus II. 20. ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι, ὅταν ἀπαρθῇ — καὶ τότε νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις. *Markland.*

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

πολλὰς δ' ἐκ τῆς πόλεως ἐκπεσόντας· ἃς ὁ δῆμος καταγαγὼν, ὑμῖν μὲν τὴν ὑμετέραν ἀπέδωκεν, [o]αὐτὸς δὲ ταύτης οὐκ ἐτόλμησε μετασχεῖν. ὥσε, ἂν ἐμοιγε πείθησθε, ἃ τοὺς εὐεργέτας, καθὸ δύνασθε, τῆς πατρίδος ἀποσερήσετε, οὐδὲ τοὺς λόγους πιστοτέρους τῶν ἔργων, οὐδὲ τὰ μέλλοντα τῶν γεγενημένων, νομιεῖτε· ἄλλως τε καὶ μεμνημένοι τῶν περὶ τῆς ὀλιγαρχίας μαχομένων, οἳ τῷ μὲν λόγῳ τῷ δήμῳ πολεμοῦσι, τῷ δὲ ἔργῳ τῶν ὑμετέρων ἐπιθυμοῦσιν· [p]ἅπερ κ]ήσονται, ὅταν ὑμᾶς ἐρήμους συμμάχων λάβωσιν. [q]εἶτα τοῖς τῶν

tuos esse, multosque etiam e ciuitate expulsos: quos populus reducens, vobis quidem vestram vrbem dedit, † ipse vero hanc attingere non est ausus. Quamobrem, si mihi obtemperetis, neque benefactores, prout potestis, patria exuetis; nec verbis potius, quam operibus, nec futuris magis, quam praeteritis, credetis: praesertim cum eorum recordemini, qui pro Oligarchia depugnant, qui verbis quidem populo aduersantur, reipsa vero vestris rebus inhiant, quas possidebunt, quando vos sociorum praesidio destitutos inuadent. Deinde desiderantibus iis

o In *Ed. Ald.* αὐτὰς, perperam. *Sylb.*

† *Al.* ipse sui loci et gradus nondum compos etc.

p Ἅπερ κτήσονται in *Codd.* quibus vsus est *Stephanus.* [in vulgatis est ὅπερ κτήσονται.]

q Forsan legendum: εἶτα οἱ τῶν ἡμῖν ὑπαρχόντων ἐπιθυμοῦντες ἐρῶσι, τίς ἔσται σωτηρία τῇ πόλει. *Schott.* Deprauatissima sunt haec. Recte autem vidit Schottus, aliquid deesse: ideo supplet ac legit: εἶτα οἱ τῶν ἡμῖν ὑπαρχόντων ἐπιθυμοῦντες ἐρῶσι, τίς ἔσται etc. Forte ita legendum et distinguendum: εἶτα, τοῖς τῶν ἡμῖν ὑπαρχόντων ἐπιθυμοῦσιν, ἐρωτῶσι· Τίς ἔσται σωτηρία τῇ πόλει, εἰ μὴ ποιήσομεν, ἃ Λακεδαιμόνιοι κελεύουσιν, ἐγωγε τούτοις εἰπεῖν ἀξιῶ· Τί τῷ πλήθει περιγενήσεται, εἰ ποιήσαιμεν, ἃ ἐκεῖνοι προστάττουσιν; *deinde iis, qui facultatibus nostris inhiant, si quaerant: Quaenam salus erit ciuitati, nisi fecerimus ea, quae Lacedaemonii iubent, ego vicissim dicere aequum puto: Quid populo superierit, si, quae isti iubent, fecerimus?* Non dubitari potest, quin desit ἐπιθυμοῦσιν, propter ista τῶν ἡμῖν ὑπαρχόντων: et paulo ante dixerat, eodem sensu, τῶν ὑμετέρων ἐπιθυμοῦσιν: vnde forte omissa haec vox propter viciniam; quod aliquoties fit. ἃ Λακεδαιμόνιοι *Stephano* debetur. Pro ἐγὼ δὲ lego ἔγωγε: tamen

ἡμῖν ὑπαρχόντων ἐρῶσι, τίς ἔσται σωτηρία τῇ πόλει, εἰ μὴ [r]ποιήσομεν, [s]ἃ Λακεδαιμόνιοι κελεύουσιν. ἐγὼ δὲ τούτους εἰπεῖν ἀξιῶ, τί τῷ πλήθει περιγενήσεται, εἰ ποιήσαιμεν, ἃ ἐκεῖνοι προστάττουσιν; εἰ δὲ μή, πολὺ κάλλιον μαχομένους ἀποθνήσκειν, ἢ φανερῶς [t]ἡμῶν αὐτῶν θάνατον [u]καταψηφίσασθαι. ἡγοῦμαι γάρ, ἐὰν [x]μὴ πείθω, ἀμφοτέροις κοινὸν εἶναι κίνδυνον· ὁρῶ δὲ Ἀργείους καὶ Μαντινέας τὴν αὐτὴν ἔχοντας γνώμην, τὴν αὐ-

iis illa, quae nobis subiecta sunt, ecquae ciuitati salus futura est, nisi fecerimus, quae Lacedaemonii iubent. Ego vero his dicere velim, quid populo euenturum sit, si illorum iussa fecerimus? Sin minus, multo laudabilius erit pugnando occumbere, quam mortem nobis sententia et decreto nostro inferre. Credo enim, * si non persuadeam, commune ambobus [Athenienfibus et Lacedaemoniis] instare periculum: cuius sententiae et Argiuos et Mantinenses esse video; illos

tametsi istud ferri possit. *Stephanus* pro τούτοις legit τούτους. *Markland.*

r Forsan rectius ποιήσαιμεν, vt v. 4. *Sylb.* [vulgo ποιήσωμεν. sed Scaliger ποιήσομεν.]

s In *Codd.* quibusdam ἃ Λακεδαιμόνιοι κελεύουσι, et sequenti versu τούτους. [in vulgatis enim est Λακεδαιμονίοις, omisso ἃ, et pro τούτους legitur τούτοις.] Possis etiam legere: ποιήσαιμεν Λακεδαιμονίοις, ἃ κελεύουσιν, vel ποιήσαιμεν Λακεδαιμονίοις τὰ κελευόμενα. *Sylb.*

t Ἡμῶν [quod vulgatae dant] habet etiam *Aldus.* Ἡμῶν maluit *Steph.*

u Καταψηφίσεσθαι *Reg.* 1. et 2.

x In *Codd.* quibusdam μὴ πείθω, *non persuadeam. Sylb.* Steph. ἐὰν μὴ πείθω. [nam in vulgatis pro μὴ legitur μέν.] Sed non de *se* solo loquitur orator, de *omnibus* vero Athenienfibus. Vnde verum puto: ἡγοῦμαι γὰρ, ἐὰν πειθώμεν, ἀμφοτέροις κοινὸν ἂν εἶναι κίνδυνον: *reor enim, si ita faciamus, vtrisque commune periculum futurum:* id est, Lacedaemoniis aeque ac nobis: non illi immunes erunt periculi, si nos arma capere, atque vrbem *defendere,* nobis persuaderi sinamus. Hoc voluisse oratorem, (nempe bello *defensiuo* vti) sequentia Argiuorum et Mantinensium atque ipsorum etiam Athenienfium exempla euincunt. ἂν εἶναι pro ἔσεσθαι, vt passim. *Markland.*

* *Videlicet,* vt cum Lacedaemoniis bellum potius suscipiamus, quam in seruitutem ab ipsis nos redigi sinamus.

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

τῶν οἰκοῦντας, τοὺς μὲν ὁμόρους ὄντας Λακεδαιμονίοις, τοὺς δὲ ἐγγὺς οἰκοῦντας, καὶ τοὺς μὲν ἀδὲν ἡμῶν πλείους, τοὺς δὲ ἀδὲ τρισχιλίους ὄντας. ἴσασι γὰρ, ὅτι, κἂν πολλάκις εἰς τὴν τούτων ἐμβάλωσι, πολλάκις αὐτοῖς ἀπαντήσονται, ὅπλα λαβόντες· ὥστε ὁ καλὸς ὁ κίνδυνος αὐτοῖς δοκεῖ εἶναι, ἐὰν μὲν νικήσωσι, τούτους [y] καταδουλώσεσθαί γε, ἐὰν δὲ ἡττηθῶσι, σφᾶς αὐτοὺς [z] τῶν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν ἀποστερῆσαι· ὅσῳ δ' ἂν ἄμεινον πράττωσι, [a] τοσούτῳ ἐπιθυμοῦσι κινδυνεύειν. εἴχομεν δὲ, ὦ ἄνδρες, καὶ ἡμεῖς ταύτην τὴν γνώμην, ὅτε τῶν Ἑλλήνων ἤρχομεν, καὶ ἐδοκοῦμεν καλῶς βουλεύεσθαι, περιορῶντες μὲν τὴν χώραν τεμνομένην, ἃ νομίζοντες δὲ χρῆναι περὶ αὐτῆς διαμάχεσθαι. ἄξιον γὰρ ἦν, ὀλίγων ἀμελοῦντας, πολλῶν ἀγα-

los quidem Lacedaemoniis conterminos, hos vero prope admodum habitantes; illos quidem nobis haud plures, hos autem vix tria millia complentes. Sciunt enim, se, quamuis saepe hi in suum agrum sint irrupturi, saepe etiam, sumtis armis, illis occursuros: adeo vt periculum illis parum honestum videatur, etiamsi vincant, se seruire; si vero superentur, bonis se praesentibus spoliari: † quanto melius agant, tanto magis periculum desiderant. Eiusdem et nos aliquando opinionis fuimus, Athenienses, quando Graecorum principatum habebamus: et profecto recte id facere videbamur, quando, regione nostra, quae vastabatur, neglecta, putabamus, non esse pro ea dimicandum. * Aequum enim erat, eos, qui parua negligerent et pauca, et magnis et multis

y Forsan rectius καταδουλώσασθαι. *Sylb.*

z Fortasse rectius cum articulo τῶν ὑπαρχ. *Sylb.* [nam a vulgatis articulus abest.]

† *Al.* sed potius, si qua meliore sint conditione, expetendum fuerit periculum.

a In *Codd.* quibusdam τοσούτῳ μᾶλλον ἐπιθυμ. vt *Stephanus* adnotauit. *Sylb.* Lege ἐπιθυμῆσαι, ita postulante constructione, vt καταδουλώσασθαι, (sic enim legendum, non καταδουλωσεσθαι) et ἀποστερῆσαι *Stephanus* inserit μᾶλλον post τοσούτῳ: non necessarium forte, cum tam vsitata sit istius vocis ellipsis. *Markland.*

* *Al.* Sed aequum esse, paucis et exiguis neglectis, multa [et ingentia] bona sibi conseruare.

b Nota

θῶν φείσασθαι. νῦν δὲ, ἐπεὶ ἐκείνων μὲν ἁπάντων μάχῃ ἐστερήμεθα, ἡ δὲ πατρὶς ἡμῶν λέλειπται, ἴσμεν, ὅτι ὁ κίνδυνος ἕτος μόνος ἔχει τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας. ἀλλὰ γὰρ χρὴ ἀναμνησθέντας, ὅτι ἤδη καὶ ἑτέροις ἀδικημένοις βοηθήσαντες, ἐν τῇ ἀλλοτρίᾳ πολλὰ τρόπαια τῶν πολεμίων ἐστήσαμεν, ἄνδρας ἀγαθοὺς περὶ τῆς πατρίδος καὶ ἡμῶν αὐτῶν γίνεσθαι, πιστεύοντας μὲν τοῖς θεοῖς, καὶ ἐλπίζοντας ἐπὶ τὸ δίκαιον μετὰ τῶν ἀδικημένων [b] ἕξεσθαι. [c] δεινὸν γὰρ ἂν εἴη, ὦ Ἀθηναῖοι, εἰ, ὅτε μὲν ἐφεύγομεν, ἐμαχόμεθα Λακεδαιμονίοις, ἵνα κατέλθωμεν, κατελθόντες δὲ φευξόμεθα, ἵνα μὴ μαχώμεθα. [d] οὐκοῦν αἰσχρὸν, εἰ εἰς τοῦτο κακίας ἥξομεν, ὥστε οἱ μὲν πρόγονοι καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων ἐλευθερίας Ἑλλήνων διεκινδύνευον, ὑμεῖς δὲ ἀδὲ ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας αὐτῶν τολμᾶτε πολεμεῖν;„

multis bonis abstinere. Iam vero, cum omnibus illis bello exuti simus, et sola nobis patria sit relicta, scimus, hoc vno periculo omnem salutis spem contineri. Sed oportet, recordantes, quod olim etiam aliis succurrendo iniuria affectis in terra aliena multa tropaea de hostibus erexerimus, etiam viros nos praebere, dum pro patria et pro nobis ipsis certamus, diis confidentes, et sperantes, nos ad ius nostrum cum caeteris iniuria affectis peruenturos. Esset enim acerbum, Athenienses, quando exsules fuimus, cum Lacedaemoniis contendere, vt reuerteremur; reuersos vero iterum in exsilium agi, ne amplius pugnemus. Nonne igitur turpe erit, * si ad tantam calamitatem deuenerimus, vt, cum maiores etiam pro aliorum Graecorum libertate pugnauerint, vos vero pro vestra ipsorum pugnare non audeatis?„

XXXIV.

b Nota hic ἔσεσθαι vsurpatum pro ἐλεύσεσθαι. *Sylb. Vander Heidius* legit: καὶ ἐλπίζοντας τὸ δίκαιον μετὰ τῶν ἀδικημένων ἔσεσθαι, *nobis persuadentes, aequitatem ab iis fore, qui iniuria sunt affecti.*

c Δεινὸν γὰρ ἂν εἴη etc.] Vide *Aristot. Rhetor.* II. 24. *Taylor.*

d Alii sine interrogatione legunt, atque interpretantur: *Turpe igitur foret* etc.

* *Al.* tantum nos admittere dedecus.

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

λδ'. Ἀλλ' ἄλις ἤδη παραδειγμάτων, ἵνα καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ῥητόρων τὸν αὐτὸν διαλεχθῶμεν τρόπον. ἔπεται δὲ τῷ ῥήτορι τούτῳ κατὰ τὴν τάξιν τῶν χρόνων Ἰσοκράτης. περὶ δὴ τούτου λεκτέον ἐφεξῆς, ἑτέραν ἀρχὴν λαβοῦσιν.

ΙΣΟΚΡΑΤΗΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

Ἰσοκράτης ὁ Ἀθηναῖος ἐγεννήθη μὲν [a] ἐπὶ τῆς ὀγδοηκοστῆς καὶ ἕκτης Ὀλυμπιάδος, ἄρχοντος Ἀθήνησι [b] Λυσιμάχου, πέμπτῳ πρότερον ἔτει τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, δυσὶ καὶ εἴκοσιν ἔτεσι νεώτερος Λυσίου, παιδὸς δὲ ἦν Θεοδώρου, τινὸς τῶν μετρίων πολιτῶν, θεράποντας αὐλοποιοὺς κεκτημένου, [c] καὶ τὸν βίον ἀπὸ ταύτης ἔχοντος τῆς ἐργασίας. ἀγωγῆς δὲ τυχὼν εὐσχήμονος, καὶ παιδευθεὶς ὑδενὸς Ἀθηναίων χεῖρον, ἐπειδὴ τάχιστα ἀνὴρ ἐγένετο, φι-

XXXIV. Sed iam satis multa exempla produximus, vt de aliis oratoribus eodem modo agamus. Sequitur autem hunc ordine temporis Isocrates. De illo deinceps agendum, et aliud initium capiendum.

DE ISOCRATE IVDICIVM.

Natales, praeceptores, scripta, doctrina, claritas, discipuli, diuitiae, obitus Isocratis.

Isocrates Athenienſis natus eſt ſexta et octogeſima Olympiade, praetore Athenis Lyſimacho, quinquennio ante Peloponneſiacum bellum, duobus et viginti annis Lyſia natu minor. Pater ei Theodorus fuit, vnus de mediocribus ciuibus; qui famulos tibiarum fabros habuit, atque illo quaeſtu ſe ſuſtentauit. Honeſte autem educatus et inſtitutus a pueritia, nihilo deterius, quam quiſquam Athenienſium, ſtatim, cum ad virilem aetatem peruenifſet, ad philo-

a *Plutarchus* in *Iſocratis* vita habet κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἕκτην. *Wolfius.*

b Ναυσιμάχου reſcribendum cenſent nonnulli. Vide *Menagii* notas ad *Diogenem Laërtium*, pag. 136.

c *Plutarchus* habet εὐπορήσαντος ἀπὸ τούτων. quod eſt plus, quam τὸν βίον ἔχοντος: niſi βίος, *victus*, (κατ' ἐπίτασιν) pro *diuitiis* accipiatur. *Wolfius.*

d Ita

λοσοφίας ἐπεθύμησε. γενόμενος δ' ἀκμῆς Προδίκου τε τοῦ Κείου, καὶ Γοργίου τοῦ Λεοντίνου, καὶ Τισίου τοῦ Συρακουσίου, τῶν τότε μέγιστον ὄνομα ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐχόντων ἐπὶ σοφίᾳ· ὡς δέ τινες ἱστοροῦσι, καὶ Θηραμένους τοῦ ῥήτορος, οὗ οἱ τριάκοντα ἀπέκτειναν, δημοτικοῦ εἶναι δοκοῦντος· σπουδὴν μὲν ἐποιεῖτο πράττειν τε καὶ λέγειν τὰ πολιτικά. ὡς δὲ ἡ φύσις ἠναντιοῦτο, τὰ [d] πρῶτα καὶ κυριώτατα τοῦ ῥήτορος ἀφελομένη, τόλμαν τε καὶ φωνῆς μέγεθος, ὧν χωρὶς οὐχ οἷόν τ' ἦν ἐν ὄχλῳ λέγειν, ταύτης μὲν ἀπέσχετο τῆς προαιρέσεως. ἐπιθυμῶν δὲ δόξης, καὶ τοῦ πρωτεῦσαι παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐπὶ σοφίᾳ, καθάπερ αὐτὸς εἴρηκεν, ἐπὶ τὸ γράφειν, ἃ διανοηθείη, κατέφυγεν· ὑπὲρ μικρῶν τὴν προαίρεσιν ποιούμενος, οὐδὲ περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων, οὐδὲ ὑπὲρ ὧν ἄλλοι τινὲς τῶν τότε σοφιστῶν· περὶ δὲ τῶν Ἑλληνικῶν καὶ βασιλικῶν πραγμάτων, ἐξ ὧν ὑπελάμβανε τάς τε πόλεις ἄμεινον οἰκήσεσθαι, καὶ τοὺς ἰδιώτας ἐπίδοσιν ἕξειν πρὸς ἀρετήν. ταῦτα γὰρ

philoſophiam adiecit animum. Cum igitur et Prodicum Ceium, et Gorgiam Leontinum, et Tiſiam Syracuſanum, qui tum ſapientiae nomine in Graecia celeberrimi erant, et (vt quidam ſcribunt) etiam Theramenem oratorem, quem triginta tyranni occiderunt, quod popularis videretur, audiſſet; percupidus fuit, cum dicendo, tum agendo, adminiſtrandae reipublicae. Sed quia natura aduerſabatur, quae inſtrumenta oratoris praecipua, audaciam et vocis magnitudinem, ei negarat, ſine quibus ad populum dici non poterat; conſilium illud ſuum omiſit. Quia vero gloriam expetebat, et apud Graecos (vt ipſe ait) excellere opinione ſapientiae cupiebat; eo confugit, vt ſuas cogitationes literis mandaret. Neque vero paruis de rebus, aut de priuatis contractibus, verba facere, aut vſitata ſophiſtis caeteris argumenta tractare, inſtituit: ſed de rebus Graecorum regiiſque negotiis, vnde ſperabat et vrbes florentiores, et homines priuatos virtute ornatiores fore. Nam in oratione

d Ita legere malim, quamuis in exemplari ſit πρῶτα καὶ κυριώτερα, vt ſupra p. 454. v. pen. *Sylb.*

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ λόγῳ περὶ αὑτῆ γράφει. πεφυρμένην δὲ παραλαβὼν τὴν ἄσκησιν τῶν λόγων ὑπὸ τῶν περὶ Γοργίαν καὶ Πρωταγόραν σοφιστῶν, πρῶτος [e] ἐχώρησεν ἀπὸ τῶν ἐριστικῶν τε καὶ φυσικῶν ἐπὶ τὰς πολιτικὰς, καὶ περὶ ταύτην σπουδάζων τὴν ἐπιστήμην διετέλεσεν· ἐξ ἧς, ὡς φησιν αὐτὸς, τὸ [f] βουλεύεσθαι καὶ λέγειν καὶ πράττειν τὰ συμφέροντα [g] παραγίνεται τοῖς μαθοῦσιν. [h] ἐπιφανέστατος δὲ γενόμενος τῶν κατὰ τὸν αὐτὸν ἀκμασάντων χρόνον, καὶ τὰς κρατίστας τῶν Ἀθήνησί τε καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ Ἑλλάδι νέων παιδεύσας· ὧν οἱ μὲν [i] ἐν τοῖς δικανικοῖς ἐγένοντο ἄριστοι λόγοις, οἱ δ' ἐν τῷ πολιτεύεσθαι καὶ τὰ κοινὰ πράττειν διήνεγκαν, καὶ ἄλλοι δὲ [k] τὰς κοινὰς τῶν Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων πράξεις ἀνέγραψαν· καὶ τῆς Ἀθηναίων πόλεως εἰκόνα ποιήσας τὴν ἑαυτῆ σχολὴν,

oratione *Panathenaica* haec de semetipso scribit. Quum autem confusam dicendi exercitationem a Gorgia et Protagora sophistis accepisset; primus, subtilitate differendi et naturae obscuritate relicta, ad orationes ciuiles se contulit, et in ea facultate constanter elaborauit: cuius illum esse fructum ait, vt, ea eruditi qui sunt, vtilia et deliberent, et dicant, et agant. Clarissimus fuit inter eos, qui eodem tempore floruerunt: et adolescentes, cum Athenis, tum in reliqua Graecia, praestantissimos eruditi. quorum alii in forensibus causis excelluerunt, alii in publicis negotiis et administratione reip. alii res, a barbaris et Graecis communiter gestas, in literas retulerunt. Itaque schola eius, veluti coloniis eloquentiae deducendis,

e Ἐχώρησεν, *abiit, se contulit, amplexus est*, a verbo χωρέω. apud *Plutarchum* vero χωρίσας πρῶτος, *separauit*, seu *distinxit, primus*, a verbo χωρίζω. *Wolf.*

f Si quis malit βούλεσθαι, per me licet. *Sylb.*

g Περιγίνεται praefert *Wolfius.*

h Periodus haec prolixa est, cuius antecedens participio πεφυρμένην finitur; verbum ἐτελεύτα periodi apodosin orditur. *Wolf.*

i Ἐν τοῖς δικανικοῖς, vt *Hyperides* et *Demosthenes*; ἐν τῷ πολιτεύεσθαι, vt *Timotheus. Sylb.*

k Id est, res a Graecis contra barbaros, et a barbaris contra Graecos gestas, vt *Ephorus* et *Theopompus. Wolf.*

l Qui-

κατὰ τὰς ἀποικίας τῶν λόγων, πλῆθον, ὅσον οὐδεὶς τῶν ἀπὸ φιλοσοφίας χρηματισαμένων, περιποιησάμενος, ἐτελεύτα τὸν βίον ἐπὶ Χαιρωνίδου ἄρχοντος, ὀλίγαις ἡμέραις ὕστερον τῆς ἐν Χαιρωνείᾳ μάχης, δυοῖν δέοντα βεβιωκὼς ἑκατὸν ἔτη, γνώμῃ χρησάμενος, ἅμα τοῖς ἀγαθοῖς τῆς πόλεως συγκαταλῦσαι τὸν ἑαυτῆ βίον, ἀδήλου ἔτι ὄντος, πῶς χρήσεται τῇ τύχῃ Φίλιππος παραλαβὼν τὴν τῶν Ἑλλήνων ἀρχήν. τὰ μὲν οὖν ἱστορούμενα περὶ αὐτοῦ, [l] κεφαλαιωδῶς ταῦτ' ἐστίν.

Β'. Ἡ δὲ λέξις, ἣν κέχρηται, τοιοῦτόν τινα χαρακτῆρα ἔχει. [m] καθαρὰ μέν ἐστιν οὐχ ἧττον τῆς Λυσίου, καὶ οὐδὲν εἰκῇ τιθεῖσα ὄνομα· τήν τε διάλεκτον ἀκριβῶσα ἐν τοῖς πάνυ τὴν [n] κοινὴν καὶ συνηθεστάτην· καὶ γὰρ αὕτη πέφευγεν ἀπηρχαιωμένων καὶ σημειωδῶν ὀνομάτων τὴν

cendis, imaginem quandam ciuitatis Athenienſis repraesentabat. Vnde etiam tantas opes adeptus est, quantas eorum nemo, qui docenda philosophia rem fecerunt. Obiit praetore Chaeronide, paucis diebus post proelium ad Chaeroneam commissum. Vixit annos nonaginta octo. ita enim decreuerat, se reip. cladibus superesse nolle: cum incertum adhuc esset, quomodo fortunam laturus esset Philippus, suscepto Graeciae principatu. Quae igitur scriptis relata de eo comperimus, summatim quidem haec sunt.

II. Dictio vero, qua vsus est, hunc fere characterem habet. Pura est, non minus, quam Lysiana, neque vllum temere nomen ponit: summumque studium habet communis et vsitatissimi sermonis, qui verborum obsoletorum et obscurorum

Censura de Isocratica dictione, et cum Lysia collatio.

l Quidam post κεφαλαιωδῶς distinguunt. Ego cum *Wolfio* aduerbium hoc ad sequentia referre malui, hoc sensu: *quae igitur scripta de eo comperimus, summatim haec sunt.*

m Vide p. 454. v. 7.

n Ἡ κοινὴ διάλεκτος opposita τῇ γλωττηματικῶν καὶ ξένων ὀνομάτων χρήσει. *Wolf.*

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

ἀπειροκαλίαν. [° κατὰ δὲ τὴν τροπικὴν Φράσιν ὀλίγον τι διαλλάττει τῆς Λυσίᾳ] καὶ κέκραται συμμέτρως· τό τε σαφὲς ἐκείνῃ παραπλήσιον ἔχει, καὶ τὸ ἐναργές. ἠθική τ' ἐστὶ καὶ πιθανή. καὶ τροχγύλη δ' ἐκ ἔστιν, ὥσπερ ἐκείνη, καὶ συγκεκροτημένη, καὶ πρὸς ἀγῶνας δικανικὸς εὔθετος· ὑπλία δέ ἐστι μᾶλλον καὶ κεχυμένη πλατσίως. ὁ δὲ δὴ σύντομος ἔτως, ἀλλὰ καὶ κατασκελὴς καὶ βραδυτέρα τῇ μετρίᾳ· δι' ἣν δ' αἰτίαν τοῦτο πάσχει, μετὰ μικρὸν ἐρῶ. ὁδὲ τὴν σύνθεσιν ἐπιδείκνυται τὴν Φυσικὴν καὶ ἀφελῆ καὶ ἐναγώνιον, ὥσπερ ἡ Λυσίᾳ, ἀλλὰ πεποιημένην μᾶλλον εἰς σεμνότητα πομπικὴν καὶ ποικίλην, καὶ πῇ μὲν εὐπρεπεστέραν ἐκείνης, πῇ δὲ περιεργοτέραν. ὁ γὰρ ἀνὴρ ἔτος τὴν εὐέπειαν ἐκ παντὸς διώκει, καὶ τῇ γλαφυρῶς λέγειν σχολάζεται μᾶλλον, ἢ τῇ ἀφελῶς, τῶν τε γὰρ φωνηέντων τὰς παραλλήλας θέσεις, ὡς λυόσας τὰς ἁρμονίας τῶν ἤχων, καὶ τὴν λειότητα τῶν φθόγγων λυμαινομένας, παραιτεῖται· περιόδῳ τε καὶ κύκλῳ περιλαμβάνειν τὰ νοήματα πειρᾶται ῥυθμοειδεῖ πάνυ, καὶ ὁ πολὺ ἀπέχον-

rorum insolentiam fugit: et mediocriter temperata est, et perspicuitatem ac euidentiam eandem habet, mortaque est et probabilis. Quod vero ad tropos attinet, nonnihil a Lysiana distat. Neque enim ita vel rotunda, vel densa est, vel ad certamina forensia apposita; sed supina magis atque elumbis, et copiose fusa. Neque etiam ita breuis, sed et veluti claudicans, et iusto tardior: (cuius rei quae causa sit, paulo post dicam) neque compositionem prae se fert naturalem illam, et simplicem, et acrem, vt Lysiana; sed comparatam magis ad grauitatem fastuosam et variam, quae quidem est aliquando, quam illa, decentior, aliquando affectatior. Hic enim vir ornatum verborum vndique consectatur, et magis in eo elaborat, vt eleganter, quam vt simpliciter, dicat. Nam et concursus vocalium, vt qui sonorum concentum soluant, et lenitatem pronunciationis turbent, cauet: et circuitu ac circulo complecti sententias numeroso prorsus, et a versu parum distanti,

Quibus differat.

o Illa vncis inclusa transferenda censet *Wolfius*, et inse- renda v. 4. post verba illa, ἠθικὴ τ' ἐστὶ καὶ πιθανή.

p In

τι τῇ ποιητικῇ μέτρῳ· ἀναγνώσεώς τε μᾶλλον οἰκειότερός ἐστιν, ἢ P ῥήσεως· τοιγάρτοι τὰς μὲν ἐπιδείξεις τὰς ἐν ταῖς πανηγύρεσι, καὶ τὴν q ἐκ χειρὸς θεωρίαν φέρεσιν αὐτῇ οἱ λόγοι· τὰς δ' ἐν ἐκκλησίαις καὶ δικαστηρίοις ἀγῶνας ἐχ ὑπομένεσι. τούτου δ' αἴτιον, ὅτι πολὺ τὸ παθητικὸν ἐν ἐκείνοις εἶναι δεῖ· τοῦτο δὲ ἥκιστα δέχεται περίοδος. r ἅ τε παρομοιώσεις καὶ παρισώσεις καὶ τὰ ἀνθηθετα, καὶ πᾶς ὁ τῶν τοιούτων σχημάτων κόσμος, πολὺς ἐστι παρ' αὐτῷ, καὶ λυπεῖ πολλάκις τὴν ἄλλην κατασκευὴν, προσισάμενος ταῖς ἀκοαῖς.

γ'. Καθόλου δὲ τριῶν ὄντων, ὡς φησι Θεόφραστος, ἐξ ὧν γίνεται τὸ μέγα καὶ σεμνὸν καὶ περιττὸν ἐν λέξει, τῆς τ' ἐκλογῆς τῶν ὀνομάτων, καὶ τῆς ἐκ τούτων ἁρμονίας, καὶ τῶν περιλαμβανόμενων αὐτὰ σχημάτων, ἐκλέγει μὲν

distanti, conatur: et est ad legendum, quam dicendum, accommodatior. Ac ostentationem quidem in ludorum celebritatibus, et lectionem otiosam, ferunt eius orationes: sed a forensi strepitu concionumque procellis sunt remotissimae. In causa illud est, quod multum in illis acrimoniae et affectuum esse oportet: id quod periodus minime recipit. Nam et similiter finita, et comparia, et antitheta, et vniuersus talium figurarum mundus, multus apud eum est; auriumque saepe fastidiis adhaerescit, et structuram orationis turbat.

Isocratica figurae.

III. Cum autem tria omnino, Theophrasto auctore, sint, e quibus dictioni granditas, et splendor, et magnificentia quaedam accedat: primum delectus verborum, deinde quae ex illis exsistat concinnitas; postremo figurae, quibus

p In vulgatis χρήσεως, minus recte. *Wolf.*

q Ἐκ χειρὸς βοηθεῖν est μετὰ πάσης ἐπιμελείας. vtrum vero ἐκ χειρὸς θεωρίαν significet *attentissime contemplari*, an *obiter spectare*, aut *celeriter percurrere*, vel *recitantem alium audire*, equidem dubito: inclinat tamen animus, vt credam, τὴν ἐκ χειρὸς θεωρίαν idem esse, quod ἀνάγνωσιν. Si quis tamen τὴν ἐκ χειρὸς θεωρίαν interpretari malit τὴν ταχεῖάν τε καὶ ἄσπουδον, ἢ τὴν πρόθυμον καὶ ἔκκυσίαν, non repugnabo. *Wolf.*

r Αἵ τε γὰρ ὁμοιώσεις perperam in vulgatis, quod παρισώσεις et παρομοιώσεις saepius copulentur a *Dionysio*.

s Re-

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

εὖ πάνυ, καὶ τὰ κράτιστα ὀνόματα τίθησιν· ἁρμότ]ει δ
αὐτὰ περιέργως, τὴν εὐφωνίαν ἐντείνων μᾶσσον· [s σχη
ματίζει τε φορτικῶς, καὶ τὰ πολλὰ γίνεται ψυχρὸς,
τῷ πόρρωθεν λαμβάνειν, ἢ τῷ μὴ πρέποντα εἶναι τα
σχήματα τοῖς πράγμασιν, (t ἢ) διὰ τὸ μὴ κρατεῖν τ
μετρίᾳ. ταῦτα μέντοι καὶ μακροτέραν αὐτῷ ποιεῖ τη
λέξιν πολλάκις· λέγω δὲ τό τ' εἰς περιόδους ἐναρμότ]ει
ἅπαντα τὰ νοήματα, καὶ τὸ τοῖς αὐτοῖς τύποις τῶ
σχημάτων τὰς περιόδους περιλαμβάνειν, καὶ τὸ διώκει
ἐκ παντὸς τὴν εὐρυθμίαν. ὁ γὰρ ἅπαντα δέχεται ὅτ
μῆκος τὸ αὐτὸ, ὅτε σχῆμα τὸ παραπλήσιον, ὅτε ῥυθμὸ
τὸν ἴσον. ὡς' ἀνάγκη παραπληρώμασι λέξεων ἀδε
ὠφελισῶν χρῆσθαι, καὶ ἀπομηκύνειν πέρα τῦ χρησίμ
τὸν λόγον. λέγω δ' οὐχ ὡς δι' ἅπαντος αὐτῦ ταῦτα
ποιοῦντος· οὐχ ὅτω μαίνομαι· καὶ γὰρ συντίθησί ποτ
ἀφελῶς τὰ ὀνόματα, καὶ λύει τὴν περίοδον εὐγενῶς
καὶ τὰ περίεργα σχήματα καὶ φορτικὰ φεύγει, καὶ μά
λιστα ἐν τοῖς συμβουλευτικοῖς τε καὶ δικανικοῖς λόγοις

quibus haec includantur: optimum delectum habet, et verbi
commodissima ponit: affectate vero coniungit eadem, musicum
quendam concentum captans; et figuras adhibet tumidas. Vn
de saepe friget: vel quia figuras illas longius accersit, vel qui
rebus non satis congruentes miscet, vel quia modum excedi
Haec porro saepe dictionem illius producunt longius, dum in
cludere periodis omnes sententias, et iisdem figurarum formi
complecti periodos conatur, perpetuoque concinnitatem nume
rorum captat. Nec enim omnia recipiunt vel eandem longitu
dinem, vel similes figuras, vel pares numeros. Quare fieri no
potest, quin explendi gratia voces inculcet, quarum nullus e
vsus; et longius, quam expedit, orationem extendat. Nequ
504. 3. τῇ γυναικὶ] Has duas voces deleri iubet Taylor ex auctoritate Schotti: ſed caue, ne faxis. Neceſſariae ſunt, omnique modo ſeruandae. Sed ſic legendum et diſtinguendum eſt, vt diſtinxi: τῇ θυγατρὶ. *filiae talentum in dotem conſtitui.* κατέλιπε δὲ καὶ εἴκοσι μνᾶς τῇ γυναικὶ, ſed et praeter illud talentum, quod vxori in dotem conſtituit, ſi iterum nubere alicui vellet, eidem vxori ſuae reliquit viginti minas — in vſus, vel ſumtus quotidianos.

505. 4. ὑπολιπόντων] malim ἐπιλειπόντων.

7. αὐτῆς ἔδωκεν] malim αὐτῇ ἐπέδωκεν. Nam in eiuſmodi re verbum proprium eſt ἐπιδιδόναι, non ſimplex διδόναι.

506. 6. σφῶν αὐτῶν] poſterius vocabulum addidi, quo vulgatae carent.

11. ἀναγκάσει] aut ἀναγκάζει, aut ἀναγκάσαι in optatiuo aor. 1. praeferam.

12. πρὸς ἡμᾶς] ſic dedi de meo, et ex Helmſt. pro vulgari πρὸς ὑμᾶς. vid. paulo poſt [p. 507. 1.] ἐπειδὴ δὲ συνήλθομεν.

pen. τοῦτον] malim καὶ τοῦτον.

507. vlt. ἐξέπλει] ſic dedi, pro vulgari ἐξέλιπε.

508. 1. παρ' αὐτῷ καταθήκην] haec tria vocabula in vnum παρακαταθήκην contraxi.

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

508. 3. καὶ [quod in vulgatis ante ὕστερον legitur] deleui, ex auctoritate Helmſt.

Ibid. Bene habet λέγῃς, tantundem valens, atque κελεύῃς. apud *quodcunque tandem tribunal*, vel *templum, tu mihi aias iurandum eſſe*, h.e. *me iubeas iurare.*

509. 2. διοικίσει] ſic, per iota, dedi de meo, a verbo διοικίζειν, [quae etiam eſt Cl. Matthaei ſententia] pro vulgari διοικήσει, quod eſt a διοικεῖν. Apparet e proximo διωκίζετο, quod ad Diogitonem redit.

3. τὰς παιδας] Nihil hic deeſt, ſed eſt oratio obliqua, qualis eſt referentium ab aliis dicta, apta ex ἔφη praemiſſo et hic ſubaudiendo. *aiebat illa mulier, ſeruos Diogitonis reperiſſe ſchedas, inter transmigrandum ex alia domo in aliam abiectas*, vel *amiſſas, illaſque ad ſe attuliſſe*, mulierem puta haec aientem.

4. πρὸς ταύτην] imo vero πρὸς αὐτὴν, vel πρὸς ἑαυτὴν.

5. ἐπὶ τόκῳ] ſubaudi τῷ εἰωθότι, vel εἰθισμένῳ. opponitur hoc foenus τοῖς ναυτικοῖς χρήμασι. foenus nauticum multo erat grauius, quam terreſtre, ſeu illud, quod penditur de fundis et immobilibus.

vlt. ἃ παρ' ἐμοὶ] ſic dedi de meo pro ἅπερ ἐμοὶ. Reliqua ſuppleui et correxi e codd. mſtis.

510. 12. τὴν συνειδυῖαν] duo haec vocabula, quae vulgatis deſunt, addidi.

511. 1. πάντες addidi, quo vulgatae carent.

15. τῷ ἀντιδίκῳ] articulum praepoſui, quo carent vulgatae.

512. 1. τε] ſic dedi, pro vulgari δὲ.

7. εἰς τοσαύτην γὰρ ὑποψίαν] ſic dedi, probante quoque Tayloro γὰρ, vt melius, pro vulgari δὲ.

pen. ὁμολογήσας ἔχειν, εἰς δύο παῖδας —] ſic correxi et lectionem et interpunctionem de meo. Vulgatae ſic dant: ὁμολογήσας, ἐλθεῖν εἰς δύο παῖδας —. Sententia eſt: *tandem aliquando vix et aegre faſſus, ſe habere,* (vel *penes ſe eſſe*) *retulit in accepti expenſiſque pro duobus liberis eorumque vna ſorore —*

513. 5. Vocabulum ἱμάτια, vt ſuperuacaneum, e ſcholio natum, quod vocabulo γναφεῖον eſſet a lectore quopiam ſuperſcriptum. vncis incluſi.

9. τὸ μὲν ἥμισυ αὐτῶν τίθησι τούτοις λελογίσθαι] Videtur ſic legendum: τὸ μὲν ἥμισυ αὑτῷ τίθησι, partem dimidiam ſibi imputat, hoc eſt, alteras XXV minas de ſuo erogaſſe, et fratris memoriae condonaſſe, τὸ δὲ τούτοις λελόγισται, alteras autem XXV. minas illis, nepotibus ſuis e filia et fratre, imputat, et in rationem expenſorum refert.

514. 11. εἰσὶν] aut ante, aut poſt hoc vocabulum, deeſt ὑπ' αὐτῷ.

pen. μισθώσασι τὸν οἶκον, — ἢ γῆν πριαμένοις] Etiam Taylor malebat πριαμένῳ. Verum non in ἀπηλλαγμένοις, neque in πριαμένοις, eſt vitium, (nam illa duo quidem vocabula labe carent) ſed eſt in voc. μισθῶσαι, pro quo dedi de meo μισθώσασι in datiuo plurali participii aor. 1. μισθώσασιν ἀπηλλαγμένοις idem eſt, atque ἀπηλλαγμένοις διὰ τῦ (vel διὰ τὸ) μισθῶσαι. Datiui autem hi apti ſunt e τοῖς ἀδυνάτοις καὶ τοῖς δυναμένοις τῶν ἐπιτρόπων. Idem eſt, ac ſi dixiſſet ἐξῆν αὐτῷ τρέφειν τὰς παῖδας ποιοῦντι κατὰ τοὺς νόμους τοὺς κειμένους τοῖς ἐπιτρόποις, (εἴτε ἀδύνατοί εἰσιν οἱ ἐπίτροποι, εἴτε δύνανται καὶ πλουτοῦσιν αὐτοὶ) τρέφειν τὰς παῖδας καὶ ἔτως ἀπηλλάχθαι πολλῶν πραγμάτων, ἢ διὰ τῦ μισθῶν τὸν οἶκον, ἢ διὰ τῦ πρίασθαι γῆν. *Poterat Diogiton ſuos nepotes alere e reditibus, ſi feciſſet, prout concedunt leges tutoribus, ſiue illi pauperes, ſiue diuites ſunt, vt faciant, nempe vt pupillos ſuos alant e reditibus bonorum pupillis a patribus relictorum, ſiue ſubſtantiam vniuerſam pro mercede annua elocauerint, ſiue fundos coëmerint pro numis in haereditate relictis.*

515. 7. τῷ Ἀριστοδίκῳ] fratri puta, non filio. Id quod e p. 516. 9. patet.

9. τοῖς ὀρφανοῖς ὖσι] aut τοῖς cum τούτοις eſt mutandum, aut potius τοῖς παισὶν ὀρφανοῖς ὖσιν, *pueris hiſce, tametſi orbi eſſent.* item legi poſſet τοῖς παισὶν ἀδελφιδοῖς (vel θυγατριδοῖς) καὶ ὀρφανοῖς ὖσι, *tametſi ſui nepotes ex fratre*, (vel *filia*) *iique orbi eſſent.*

516. 4. ὅπη δὲ μὴ ἀνήλωται] ſic dedi partim de meo, partim e codice mſto, in quo μὴ eſt, pro vulgari μὲν. ego vero δὲ de meo addidi, vel potius transpoſui modo illud δὲ, quod in vulgatis mox pone ῥᾳδίως [v. 6.] legitur, illinc ſublatum, huc referens.

8. τὰ γράμματα] rationem geſtae tutelae.

12. τέτλαρας dedi pro vulgari τετλαράκοντα. lectio emendatior eſt etiam in Helmſtadienſi.

vlt. dedi ὅσοντερ, quod etiam Taylor [praeter Marklandum] probabat.

518. pen. Ἐν μὲν δὴ τοῖς etc.] Nil hic deeſt, modo legas ἐν μέντοι τοῖς.

520. 13. Bene habet πλύτῳ. genitiuus ſi debebit hic obtinere, malim πλύτων.

521. 1. γενέσθαι] Etiam Matthaei, V. C. [praeter Marklandum] γενήσεσθαι adſcripſerat. Saepiſſime tamen aoriſtus vicem futuri gerit.

3. ἠδὲ περὶ τῶν ὀνομάτων μαχόμενος] pungit philoſophos, quorum pleraeque pugnae ſuper meris vocabulis.

4. dedi σοφιστῶν λίαν ἀχρήστων, [pro vulgari σοφὰ τῶν λίαν χρηστῶν] *ſophiſtarum ineptorum, nulli rei vtilium.*

vlt. ἐπειδὴ δὲ] ſcil. ταῦτα πάσχομεν. quanquam nullus dubito, nonnihil hic deeſſe.

522. 2. τῶν μὲν παύσασθαι, τὰ δὲ κωλῦσαι] malim τῆς μὲν, ſcil. τάσεως, et τὴν δὲ, ſcil. φιλονεικίαν. Pro κωλῦσαι neſcio an κολῦσαι legendum ſit.

3. γνῶναι δὲ τὰ βέλτιστα τῶν αὐτῶν] Videtur ſic ferme leg. γνῶναι δὲ τὰ βέλτιστα τῶν δεδιότων περὶ αὐτῶν, aut τῶν ἐν κινδύνῳ κατασάντων. *conſilia autem capeſſe-*

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

ve ſapientiſſima eſt hominum de ſe ſollicitorum, aut *in diſcrimine verſantium.*

522. 8. πολλὰς αὐτὸς] malim μὲν interponi.

523. 7. τὴν πρὸς τὸν πόλεμον ἐπισήμην] num τὴν τῶν περὶ τὸν πόλεμον ἐπισήμην.

vlt. dedi τρόποις pro vulgari τόποις.

524. 2. pro κεκτῆσθαι malim κεκτήσεσθαι in futuro tertio.

525. 2. particulam ἂν, qua vulgati carent, addidi.

3. ἀμφοτέρων] regis Perſarum puta et Dionyſii.

4. τίς γὰρ ἂν ἐνορῶν etc.] Hic deeſt parum quid. Forte leg. eſt: τίς γὰρ ἂν ἐντρέποιτο ὁρῶν; *ecquem enim non pudeat videntem?* Ad πολέμῳ [v. 5.] ſubauditur ἡμῶν. αὐτὸς redit ad hoſtes communes Graeciae modo nominatos.

526. 6. Falſus fuit Matthaei, V. D. φυγόντας coniiciens pro φεύγοντας. Exſules οἱ φεύγοντες vſurpantur, non οἱ φυγόντες.

527. 4. ἀμφοτέρων] oligarchiae puta atque democratiae.

7. εἰσὶν] Aut ἐσὲ eſt leg. aut ἐνίων addendum poſt ἀκροωμένων. [v. 6.] *veſtrum autem, qui me auditis, quosdam miror eſſe mortalium omnium aut obliuioſiſſimos, aut paratiſſimos ad mala patiendum.*

8. τῶν ἐκ Πειραιῶς] praepoſitionem, qua vulgatae carent, de meo addidi. Malim tamen totum locum ſic legi: τῇ μὲν τύχῃ τοῖς ἐκ Πειραιῶς τῶν πραγμάτων μετέσχον, τῇ δὲ γνώμῃ τοῖς ἐξ ἄστεος.

pen. εἰ χειροτονῶντες etc.] idem eſt, ac ſi dixiſſet: εἰ αὐτοὶ χειροτονεῖτε τὰς μέλλοντας ὑμᾶς καταδουλώσεσθαι.

vlt. ὅτε. ἡλικίᾳ] Duo haec vocabula, quae vulgatis deſunt, addidi, quanquam dubia auctoritate.

528. pen. ἐπεὶ ὅτε καὶ] malim ἐπεὶ καὶ ὅτε.

vlt. ἐκτησάμεθα] ſic dedi, pro vulgari ἐκτήμεθα.

529. 1. Pro vulgari ὅτως dedi ὅπως. In ἵνα videor mihi exitum vocabuli ἄπολιν cernere: nam α poſtrema litera facile potuit e proximo inſequente vocabulo adhaereſcere. Legendum ergo: οὐχ ὅπως, ἵνα ἄπολιν Ἀθην.

3. ἀπελῶμεν] ſic dedi de meo, (quod idem eſt, atque ἀπελάσομεν, *expellemus*) pro vulgari ἀπολῶμεν.

8. Pro ταῖς malim ἐν ταῖς.

530. 5. Pone πιστέρους deeſſe ſuſpicor δεῖν εἶναι.

pen. ἅπερ dedi, pro vulgari ὅπερ.

vlt. Videtur leg. εἶτα οἱ τῶν ὑμῖν ὑπαρχόντων ἐρῶντες ἐρωτῶσι· Τίς ἔσθ᾽ σωτηρία τῇ πόλει, εἰ μὴ ποιήσομεν, ἃ Λακεδαιμόνιοι κελεύουσιν; et ſic ex parte quoque correxi.

531. 3. τούτους dedi, pro vulgari τούτοις.

pen. μὴ] ſic dedi pro μὲν. Quod ſi autem ſeruandum ſit μὲν, leg. erit ſic: ἐὰν μὲν πείθωμαι, ἑτοίμην ἀμφοτέροις εἶναι τὴν σωτηρίαν, ἐὰν δὲ μή, κοινὸν εἶναι τὸν κίνδυνον.

532. 3.

532. 3. ἴσασι γὰρ] Lacedaemonii puta.

4. τούτων] Argiuorum et Mantineenſium.

Ibid. πολλάκις ſecundi loco malim τοσαυτάκις, *toties.*

Ibid. ἀπαντήσοντα] Argiui puta et Mantineenſes.

5. αὐτοῖς] Lacedaemoniis.

6. νικήσωσι, τούτους καταδουλώσεσθαί γε] ſic legendum et diſtinguendum videtur: νικήσωσι τούτους, ὃ καταδουλώσεσθαί γε. *ſi vincant* (Lacedaemonii) *hos* (Argiuos et Mantineenſes) *non tamen hoc ſe conſecuturos, vt illos in ſeruitutem redigant.*

7. τῶν ὑπαρχόντων] articulum, quo vulgatae carent, addidi.

8. πράττωσι] Lacedaemonii.

Ibid. Poſt τοσούτῳ non μᾶλλον, ſed potius ἧττον, addendum videtur: *hoc minus cupiunt:* et μιᾷ poſt ἁπάντων, p. 533. 1.

533. 2. ἡμῶν λέλειπται] malim ἡμῖν μόνη λέλειπται.

4. ἀλλὰ γὰρ χρὴ] mediam vocem, qua vulgatae carent, addidi.

AD IVDICIVM DE ISOCRATE.

538. 4. δ᾽] f. μὲν.

541. 9. f. τὰ συνεραυιζόμενα κάλλη κόσμοις ἐπιθ.

550. vlt. aut deeſt ἐνδέχηται, vel ſimile quid, poſt ἕκαστος, aut leg. eſt ἕκαστος ἐπιτηδεύῃ.

553. 8. f. οἴεται δὲ δεῖν ὃ τοὺς κακῶς πράττοντας εἰρήνης.

556. 11. περὶ δὲ τὰς αὐξήσεις. et v. 12. ἐν δὲ τῷ συτρέφειν.

560. 12. f. παρρησθαι.

561. 13. ſi τῷ et γίνεσθαι ſeruatur, debet addi τι, et deinde ad προσίσασθαι v. pen. ſubaudiri αὐτὸ. aut alias leg. τὸ γὰρ μὴ ἐν καιρῷ γινόμενον.

564. pen. f. ἀπειληφότος.

565. 2. f. δεῖξαι ἐπὶ τούτοις, τίς ἐστιν ἡ τῦ ῥήτορος ἰσχύς.

585. 8. μετ᾽ ὀλίγον (per ō) recte dat editio Sylburgii.

AD IVDICIVM DE ISAEO.

586. vlt. Fort. leg. ἐκ λόγων τινῶν αὐτῦ.

587. vlt. τινὰ πολιτείαν] Vulgares editiones dant τινὰ, ἢ πολιτείαν. ego ἢ cum commate expunxi.

589. 1. παρακρύσεται] num παρακρυσθήσεται?

2. ἀκριβῶς ἐχέσαις] interpone ὁμοίως. ἕτως ἀκριβῶς ὁμοίως ἐχέσαις, *tam inter ſe ſimilibus ad amuſſim.*

Ibid. διὰ μιᾶς] imo vero δι᾽ ἑ μιᾶς. non vno quodam in opuſculo, ſed in quamplurimis, paſſim locorum.

12. τρογγύλη τε] ſic dedi de meo, pro vulgari τρογγύλη δὲ.

13. φανερῶσα τὰς δικανικὰς ἀγῶνας] quae eſt nota characteriſtica, orationes iudiciales ab orationibus alius generis diſcernens. Verumtamen facile patiar iſta quatuor vocabula induci, quae haberi poſſint pro inter-

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

terpretamento vocabuli δικανικὴ.

589. pen. ἡ μὲν γὰρ] Lysiae puta.

590. 1. πολλῇ κέχρηται] non damno. Suspicatus tamen aliquando fui de πλείονι κέχρισται, *uncta*, *perfusa est*, *manat*, vel *stillat*, vt conuenientiore vocabulo.

5. ἐκείνης non cohaeret cum χάριτος, sed redit ad λέξιν Lysiae. idem est, ac si dixisset ὅσον ἀπολείπεται ἡ Ἰσαίου λέξις ἐκείνης, τῆς Λυσίου δηλονότι λέξεως κατὰ τὴν χάριν. Quid si tamen τῇ χάριτι ἐκείνης?

9. ἐν μερισμοῖς] interponi velim articulum τοῖς, vt statim ἐν τῇ τάξει τῶν ἐνθυμημάτων. [v. 10.]

12. παρ' Ἰσαίῳ δὲ καὶ τεχνικώτερον] ante copulam γε videtur ποικιλότερον, aut πανουργότερον, aut tale quid, deesse.

14. καὶ τίθησιν ἐν οἷς δίδωσι χωρίον ἕκαστον] Dubitatur, vtrum nominatiuus, an accusatiuus, sit ἕκαστον, et an δίδωσι sit impersonale, vt τὸ πρᾶγμα subaudiatur. *ponit vnumquemque locum, vbi res dat*, h. e. vel *monstrat*, vel *fert*. Sed hoc sensu minus χωρίον, quam τόπον, vsurpaturus fuisse videtur. Possit etiam sic accipi: τίθησιν ἕκαστον, scil. πρᾶγμα, vel τόπον, ἐνταῦθα, ὅπου δίδωσιν ἡ χώρα. Quicquid eius est, visum aliquando mihi fuit leg. esse: τίθησιν ἐν οἷς δεῖ χωρίοις ἕκαστον.

591. 4. εἰσὶ] sic dedi de meo pro vulgari εἰ.

5. χρώμασι μὲν εἰργασμένου] praetuli hanc lectionem e Bodleiano vulgari χρώμασιν εἰργασμένου.

592. 3. τόδε τὸ μέρος ὅλον] id est ὅλον τοῦτον τὸν τόπον. Sed post εἰς διαβολὴν deest ἐπαυξήσας, aut tale quid. cum dixisset — totumque illum locum verbis amplificasset atque exaggerasset, ἐπιτίθησιν, addit tandem in fine —

7. καὶ περὶ ἀληθείας etc.] Dubio procul laborat hic locus vitio, qui, vt breuis sim, mihi videtur ad tolerabilem saltim sententiam sic componi posse: κἂν περὶ ἀληθεῖς [vel ἀληθινὰς] καὶ δικαίας συνταχθῶσιν ὑποθέσεις, [vt hic sit accusatiuus, non nominatiuus] *tametsi in causis veris iustisque et aequitati consentaneis versentur*.

pen. Post σκοπεῖν aut deest κατὰ, vt κατὰ (vel etiam παρὰ) τὴν ἐξέτασιν significet *in examine*, aut deest ποιεῖσθαι, aut ποιησαμένῳ. Quorum si prius deesse ponas, ποιεῖσθαι puta, cohaerebit σκοπεῖν cum βουλομένῳ, et ποιεῖσθαι cum ἐξέτασιν. Sin autem posterius, tum cohaerebit σκοπεῖν cum ἐξέτασιν, ποιησαμένῳ autem cum τὴν ἐξέτασιν.

vlt. ἔστι δή τις] pro media voce vulgares editiones dant δέ: ego vero ex auctoritate Sylburgii δή praetuli, quod in Bodl. quoque legi testatur Hudsonus.

593. 1. Εὐμαθὴς] imo vero Εὐμάθης, penacute. Sic enim nomina propria ab adiectiuis discernuntur. εὐμαθὴς est docilis, Εὐμάθης nomen proprium.

2. ἀγόμενον in Bodleiani textu legi cum testatus esset Hudsonus, haud dubitaui eam lectionem vulgari καταλεγόμενον praeferre, quam Bodleianus quoque, sed in marginem reiectam, exhibet. v. p. 594. 1.

593. 2. ὑπὸ τῆ κληρονομήσαντος τὸν ἀπηλευθερωκότα] Epigenes aliquis seruum, Eumathem dictum, manu emiserat coram praetore. Huius Epigenis haeres factus aliquis Dionysius Eumathem repoſcebat, vel, vt vulgo vsurpant, reclamabat, vt partem haereditatis ad se deuolutae. Verum ciuis aliquis Athenienſis illa, de qua hic agitur, Isaei oratione libertum hunc, Eumathem, in libertatem liberali manu vindicatum ibat.

12. τοὺς οἰκείους] praetuli e Bodl. hanc lectionem vulgari τοὺς ἰδίους, quae tametsi idem dicit, plebeium tamen nescio quid redolet. Infra quoque p. 597. pen. vbi locus hic repetitur, non ἰδίους, sed οἰκείους, recitatur.

Ibid. ἐν τῇ ναυμαχίᾳ] Forte apud Euboeam inter Themiſonem et Athenienſes commiſſa, anno tertio Olymp. CIII. quo Cephiſodotus Archon fuit.

vlt. Dudum ante, quam ab Hudſono de lectione Bodleiani certior fierem, ſuſpicatus fueram aut de προεισευπόρησα, aut προσεισευπόρησα: quorum hoc poſterius, ne literula periret, praetuli. εἰσευπορεῖν τινι ἀργυρίου [ſubaudi μοῖραν, vel tale quid] ſignificat *contribuere alicui ſummam aeris*. προεισευπορεῖν *in anteceſſum dare*, quod poſtmodum, per otium, pro facultate et oportunitate ſua, refundat. προσεισευπορεῖν eſt *vna cum aliis amicis*, idem facientibus, *contribuere*. Poſſit quoque ſic legi: προεὶς [quod eſt particip. aor. 2. a verbo προϊέναι, *erogare*] εὐπόρησα ἀργυρίου. ſcil. μέρος τι ῥητόν. εὐπορεῖν h. l. non ſignificat *diues eſſe*, ſed *largiri*.

594. 1. ἄγοντος] ſcil. εἰς τὴν δωλείαν.

3. ἐπισχήσω] praetuli hanc Sylburgii coniecturam vulgari lectioni ὑποσχήσω. Dubito, vtrum Iſaei, an Dionyſii, ſint haec verba: ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐπισχήσω, *plura de his dicere parcam*.

8. θατέρου] *quam illa altera*, Iſaei puta pro Eumathe dicta, vnde modo locum excerptum retulerat.

Ibid. τὴν αἰτίαν] ſcil. τῆς ἀπολογίας, vel διότι ὑπὲρ ἀνδρὸς ξένου ἀπολογεῖται.

9. πρώτως] *ante omnia*. Sic dedi de meo pro vulgari πρῶτος.

10. ὁ τὸν μέτοικον ἐξαιρούμενος εἰς ἐλευθερίαν] apud Iſaeum. Erat ergo Eumathes inquilinus.

11. τῷ λόγῳ] apud Lyſiam puta. vid. p. 32. tomi ſecundi editionis noſtrae.

vlt. Tantum abeſt, vt ὑμῶν expungendum ducerem, vncisque includerem, vt potius non modo vncos, quibus hoc vocabulum Sylburgius ſepſerat, rurſus ſuſtulerim, ſed etiam infra [p. 596. 7.] vbi deerat, ὑμῶν ingeſſerim. Omnis enim vis ratiocinii huic vni vocabulo ineſt. Non poterat vtique non videri Athenienſibus res miranda, ſi quis ciuium ſuorum, qui pro alio nullo ciue vnquam

verba

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

verba in foro feciſſet, nunc ad dicendum pro homine peregrino, eoque Thebano, ſurgeret. Notum eſt, quo odio Thebani Athenis arſerint.

595. 3. κατηγόμην] malim κατηγόμεθα: vt verſu 5. παθόντες κατήλθομεν. Aut alias κἠ erit delendum.

6. ἅτοι] Thebani puta.

17. τερηθῆναι] Rarior inuentu conſtructio verbi περιιδεῖν cum infinitiuo. Vſus loquendi τερηθέντα poſtulabat. Aut poſſit legi μέλλοντα τερηθῆναι.

vlt. ἡδεῖα] ſic dedi de meo, pro vulgari ἰδία.

Ibid. ἡ εἰσβολή] articulum, quo vulgatae carent, e Bodl. addidi.

Ibid. καὶ δι' ἡδὲν ἄλλο μᾶλλον] ſcil. ἡδεῖά ἐστιν. *ob aliud nihil magis ſuaue, iucundum eſt hoc exordium.*

596. 6. τὸ εἰρημένον] id eſt τὴν ὑπ' ἐμοῦ παρατεθεῖσαν ἀρτίως γνώμην. locum, vel ſententiam a me modo e Lyſia recitatam.

7. ὑμῶν addidi, vt modo [ſcil. ad p. 594. vlt.] praefabar, e ſuperiori exemplo.

10. καὶ δικαίως] addidi καὶ, quod hic deerat, e ſuperiori exemplo, prout etiam Sylburgio viſum fuerat.

11. κατ' ἐμέ] ſupra [p. 593. 7.] legitur ἐν ἐμοί.

12. ὑψηλότερα γάρ ἐστι καὶ — ἀφελέσθαι] ſic correxi, auctore Sylburgio, pro vulgari ὑψηλοτέρα ἐστὶ (ſine γάρ) — ἀφελεσθαι.

597. 1. πεποιημένοις] ſic dedi, auctore Sylburgio, pro vulgari πεποιημέναις.

6. Ἀθηναίων praetuli vulgari Ἀθηναῖος, praeſertim cum Hudſonus teſtaretur, in Bodl. quoque h. l. ſic legi.

598. 1. καὶ τὸ ὡς ἄρα] articulum τό, quo vulgati carent, e Bodl. addidi.

3. Dedi ad mentem Sylburgii ἐκείνως, pro vulgari ἐκεῖνο. Sed praeterea quoque legi malim ἐκείνως γὰρ λεγόμενα μᾶλλον ἂν ἦν ἀποίητα.

9. δὲ de meo dedi, pro vulgari τε.

11. Praetuli ἀδελφιδῶν vulgari ἀδελφῶν. ἰδίων autem [quod a Bodl. abeſt] cur expungatur cauſae nil video.

12. μὴ λίαν ὥτως ἀγνοηθέντα προσχήματ' ἔχειν αἰσχρῶς, ὥστε τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπιβλεύειν] Notabilis verborum traiectio: nam αἰσχρῶς aut cum λίαν cohaerebit, aut cum ἐπιβλεύειν. Prius ſi malis, erunt προσχήματα λίαν αἰσχρῶς ἀγνοηθέντα *praetextus, ſeu criminationes nimis turpiter peccatae*, ad verbum, h. e. *in quibus nimis turpiter peccatum ſit.* Sententia eſt: *Vellem vtique infamia nulla criminum laborare, tam vltra modum turpium.*

pen. Poſt ἐπιβλεύειν videtur δοκεῖν deeſſe.

Ibid. ἀλλ' ὃ τό γε ἓν] Hudſonus teſtatur, in Bodl. legi ἀλλ' ὅτω γε ἓν, quod parum ad rem facit. Mihi videtur ab Iſaeo profectum eſſe: ἀλλὰ τοῦτον γοῦν ἔδει, ἀδελφιδοῦν ὄντα ἐμόν — Nemo miretur, tutorem hunc, eundemque patruum pupillorum, aduerſos quos agit, modo

modo de vno pupillo, modo de pluribus, loqui. Agebat proprie cum vno, maximo natu, cui ad pubertatem adulto patruus patrimonium tradiderat. Verum huic pupillo puberi ſuaeque tutelae facto plures erant fratres. Horum fratrum, annis adhuc minorum, tutelam maior natu frater adipiſcebatur; quo fiebat, vt ſuoque fratrumque nomine in patruum ex titulo male geſtae tutelae ageret. Poſſit quoque Iſaeus ad hunc modum dediſſe videri: ἀλλ' οὐχ ὅτος γε νῦν ἔᾳ, *verum huius rei copiam mihi denegat hic*, [aduerſarius meus] ὢν ἔδει ἀδελφιδοῦν ἐμὸν ὄντα — *quem decebat, vtpote meum ex fratre nepotem* —

599. 1. ὑφ' ἡμῶν] a me meisque neceſſariis et in hac cauſa aduocatis. Erat e. c. tutori, patrimonium pupillo puberi facto tradenti, vxor, huic fratres, aut ſorores, earumque mariti, aut filii iam adulti. Hi ergo in eiusmodi cauſis amico et cognato ſuo praeſto erant, vt teſtes et aduocati. Nam eiusmodi actus, quo in numero ſunt traditiones patrimoniorum, non clam, conſcio aut nullo, aut paucis, fiebant, ſed teſtes corrogabantur quamplurimi, qui deinceps poſſent, vbi opus eſſet, in iudicio produci.

2. αὐτῶν] ſic vulgati. ego vero de meo dedi αὐτῷ, pupillo meo puta.

3. τ' ἐδόκει] ſic dedi de meo pro vulgari τε δοκῇ: Imperfectum h. l. poſtulabat inſequens παρεῖχεν: neque vſu caret, ἵνα cum imperfecto copulari.

4. σώζων] malim καὶ σώζων. E pudore atque continentia, ſi placuiſſet pupillo ea vti, duas ait exſtituras fuiſſe laudes. 1) βελτίων ἂν ἐδόκει, *futurum fuiſſet, vt pro viro bono et honeſto haberetur.* 2) χρησιμώτερον πολίτην παρεῖχεν ἂν ἑαυτόν, *ciuem ſe vobis praeſtitiſſet hoc magis frugi*, σώζων τὴν οὐσίαν καὶ πλείω ποιῶν, *ſi patrimonium ſeruaſſet atque auxiſſet parſimonia et frugalitate.*

10. ἐξω μὲν τοῦ πράγματος] ſecundum vocabulum vncis inclusi, vt amputandum. Aut certe leg. eſt ἐξω με τοῦ πρ.

14. οὐχ ἱκανὸν, etc.] vid. Lyſiae a nobis editi Tom. II. p. 18.

15. ὅσα — ἔχουσιν] ſubaudi ταῦτα ἔχειν, vel ἐσχηκέναι.

600 pen. Dedi e Sylburgii ſententia κεκαλλιλογῆσθαι, pro vulgari καλλιλογήσασθαι. Sed praeterea quoque legi malim κεκαλλιλογῆσθαι εἰς τὸ σεμνότερον.

601. 2. Poſt ἐπιβλεύειν videtur τοιοῦτον δοκεῖ, vel ſimile quid, deeſſe. ſcil. κεκαλλιλογημένον εἰς τὸ σεμνότερον.

7. τραχνώτερον] num τραγικώτερον?

pen. Ἐπειδὴ τάχιστα etc.] vid. editi a nobis Lyſiae Tom. II. p. 10.

602. 2. εὕρεμα] Bodl. εὕρημα. Sed male. Differunt iſta inter ſe. εὕρεμα eſt res derepente oblata, oportunitas ſponte ſua non quaerenti occurrens, qua tu in rem tuam, malam prae-

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

praeſertim, abutaris; quam cupide amplectaris, vt qui tibi non ſperaſſes obuenturam, quo alium, inimicum tibi hominem, ſubuertas et peſſumdes, id quod h. l. conuenit. εὕρημα autem inuentum eſt, ſcite ſolerterque multa et aſſidua meditatione excogitatum: quod ab h. l. abhorret.

602. 6. Mihi videtur pro ἐπὶ leg. et hic, et paulo poſt [p. 605. 3.] in huius loci iteratione, ἄπει. quod perinde poteſt pro ſecunda perſona ſingularis imperatiui accipi, pro ἄπιθι. nam εἶ (ex ἴε factum) paſſim locorum vſurpatur pro ἴθι. aut pro ſec. perſ. ſingul. futuri, a verbo ἀπιέναι, aequipollente alteri, ἀπελεύσῃ, vel ἀποχωρήσεις, *abibis*, *discedes*. quod ſi probatur alterutrum, tum τὰ σαυτῆ cohaerebit cum λαβὼν, *habens res tuas tibi*.

7. δίκαιος δ' εἶ μοι μηδὲν] ſic dedi de meo, pro vulgari δίκαιος δ' εἰμὶ μηδὲν. *te decet, nihil mihi diſſimulare, nil me celare*.

8. ἐπειδὴ νεώτερός εἰμι τῆ συμβουλεύειν] ſubaudi αὐτὸς ἐμαυτῷ. Cernis breuitatem Lyſiacam. Alius planius et explicatius dixiſſet ad hunc ferme modum: εἰπεῖν ἅπαντα. βούλομαι γὰρ ταῦτα κοινῆσθαι τοῖς φίλοις, ἐπειδὴ νεώτερός εἰμι τῆ συμβουλεύειν αὐτὸς ἐμαυτῷ.

pen. δίαιταν] ſic dedi de meo pro vulgari διαιτᾶν. In ἐπιτρέψαι ſubauditur τῷ διαιτητῇ.

vlt. ἕως] Falſus fuit Sylburgius, [ὡς pro ἕως ſubſtituens.] Colligitur ex h. l. paulo ante, quam iſta cauſa agitaretur, legem de iure arbitrorum, vel iudicum pedaneorum, fuiſſe latam.

603. 3. εἰσάγει ex auctoritate Sylburgii et Bodl. praetuli vulgari lectioni εἰσαγαγεῖν.

5. εἰ δὲ μή] ſubaudi τοῦτο δυνατὸν ἦν ἐμοί.

7. λυπηρότατον] malim τὸ λυπηρότατον.

9. ἡδέως] In margine Bodl. legi ἴσως ἀηδὲς teſtatur Hudſonus; vnde conſtat, illius libri magnam auctoritatem non eſſe, qui aut meras, aut certe plerasque coniecturas viri docti, neſcio, an Sylburgii, exhibeat, nullas, aut certe perpaucas, lectiones e codice mſto probatae fidei hauſtas. Ego ἡδέως ſeruandum, eique αὖ addendum duco, ſed hac lege, vt cenſeatur, adhuc deeſſe ἀνιαρότατον, aut δυσχερέστατον, aut tale quid. *cupide ferri ad ſuſcipiendas et gerendas cum iis ſimultates, qui — rerum eſt omnium vna res luctuoſiſſima*. Sed vid. annotationem ad p. 606. 2.

Ibid. καὶ συνουσίας κοινὰς ποιεῖσθαι] prodit hoc καὶ, deeſſe membrum alterum iſti oppoſitum, quo facta fuiſſet mentio priuatorum quoque congreſſuum, aut commerciorum, quemadmodum publicorum hic facta fuit. Suſpicor itaque, deeſſe καὶ ἴδια συναλλάγματα, aut ἴδια συμβόλαια, aut ἰδίας διατριβάς, aut tale quidpiam; ſiue id ante καὶ τὰς κοινὰς συνουσίας ponas, ſiue poſt. Ad numerum priuatorum congreſſuum referuntur haec, cum iuuenes, aut etiam ſeniores, pauci numero, in locis vltro delectis et conditis, ad ludendum, compotandum, confabulandum, epulandum, ambulandumue, aut etiam ſeriis de rebus agendum, inter ſe conueniunt: publici autem congreſſus fiunt ab vniuerſis, in foro, in concione, in templis deorum et in epulis publicis.

603. 11. συμβάλλεται τὸ πλῆθος] articulum ex auctoritate Sylburgii addidi.

12. ἀληθῆ] malim τἀληθῆ.

vlt. Addidi δεῖν, quod vulgatis deeſt.

Ibid. δεῖν κατοκνῆσαι — τυγχάνειν] Fateor, nihil hic eſſe, quod offendere poſſit hominem ſtomachi non ſuperbi, aut quod defendi nequeat. Rurſus tamen idem haud diſſimulabo, illam tot infinitiuorum accumulationem, quorum alii ex aliis nexi et quaſi progenerati ſunt, paulo eſſe, meis quidem auribus, moleſtam et horridiuſculam. Mollietur, ni fallor, haec durities interponendo ἀλλὰ, ad hunc modum: — κατοκνῆσαι, ἀλλὰ [tacita repetitione ſubiice ἡγούμην δεῖν] δ' ὑμῶν πειρᾶσθαι —

604. 13. ἀποφαίνουσιν] Dionyſio noſtro eiusmodi in re vſitatius eſt verbum ἐπιφαίνειν.

605. 1. ἠξίουν] malim in tertia perſona ἠξίου, *ſe rogaſſe*. narrat actor, Archebiadem a ſe rogatum fuiſſe.

Ibid. κοινοὺς] malim καὶ τοὺς κοινοὺς. *vt ſecum veniret ad arbitros et ad amicos ſibi, actori, cum eo*, Archebiade, *communes*.

2. δόξῃς dedi pro vulgari δόξῃ.

3. σοι δεήσει] ſic reformaui e ſuperiori exemplo [p. 602. 5.] vulgare σε δεήσει.

7. ἑαυτῆ] ſic de meo dedi pro vulgari ἐμαυτῆ.

10. ἀνιαρώτερον] ſubaudi τῆ δέοντος, vel τῆ εἰωθότος, vel tale quid. malim tamen ἀνιαρώτατον. In codicibus mſtis Graecis terminationes comparatiuorum et ſuperlatiuorum ſigla eadem adumbrantur, vnde creberrimi errores exſtiterunt.

Ibid. λέγων e Bodleiano addidi, quo vulgatae carent; tametſi fateor, vulgatam etiam ſine iſto ſupplemento plenam et probam eſſe poſſe. Detrahat id rurſus, per me licebit, quicunque poſtmodum volet.

12. λυπεῖν] *grauare, premere cauſam ipſius, ei incommodare et obſtare*.

Ibid. τὸ δὴ πολλοὺς etc.] Bene habet h. l. vulgata.

13. ἀντιδικεῖν dedi pro vulgari

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

gari ἀδικεῖν. Saepiſſime haec duo inter ſe per errorem permutantur.

606. 2. Ex ἄν, quod libri Dionyſii h. l. plus habent, deficiens in ſuperiori exemplo, effeci ibi αὖ, [in nota puta ad p. 603. 9.] vt etiam hic aio faciendum eſſe. Poſt ἡδέως deeſſe videtur ἐκ ἂν βελοίμην, vel ἐκ ἂν δεξαίμην, aut tale quid, vt iam ſupra admonui.

3. κοινὰς] ſic exhibuit Sylburg. e cuius annotatione ad hunc locum conſtat, in quibusdam Dionyſii editionibus huius vocabuli loco legi τινὰς. quod etiam in Bodl. legi teſtatur Hudſonus.

6. ἡγεμὴν] ſic dedi e ſuperiori exemplo, [p. 603. vlt.] pro vulgari ἡγεῖμαι.

vlt. ἐκ τῶν ἀποδεικτικῶν] Bene habet h. l. vulgata. Multum inter ſe differunt λόγοι ἐπιδεικτικοὶ, *oſtenſionales* orationes, ad pompam et iactationem ingenii atque facundiae comparatae, quae ſunt ab huius loci ſententia prorſus alienae, et ἀποδεικτικοὶ, *demonſtratiuae*, quibus hoc agitur, vt cauſa doceatur, argumentorum certitudine et euidentia plana atque teſtata fiat, coronaeque circumſtanti aſſenſus extorqueatur. Non in illo, ſed in hoc genere Iſaeus vim ſuam protulit, cuius eloquentia non in vmbra ſcholaſtica ſe iactauit, ſed in foro ſpectata fuit. vid. p. 616. 7. multisque aliis Noſtri locis.

607. 2. κατὰ τὴν κοινότητα] *popularitatem*. idem eſt, ac ſi dixiſſet: κατὰ τὰ σχήματα, ἃ ἐστι παρὰ Λυσίᾳ κοινότερά πως καὶ δημωδέστερα. cui Lyſiacae orationis popularitati et ſimplicitati mox opponitur Iſaei ποικίλον ἐν τοῖς σχήμασι.

3. ἰδὼν εὗροι παρ' αὐτῷ] num ζητῶν εὕροι τοιαῦτα παρ' αὐτῷ? An potius πολλὰ γὰρ ἄν τις ταύτης τῆς ἰδέας εὕροι παρ' αὐτῷ.

4. Πόθεν χρὴ πιστεύεσθαι etc.] Loci initium legitur in oratione ſuper Cironis haereditate p. 71. pen. edit. Stephani, ſeu noſtrae p. 213. 1.

5. μαρτύρων] Iſaei libri vulgares dant μαρτυριῶν.

Ibid. οἶομαί γε] ſic etiam vulgares Iſaei libri recte h. l. dant pro vulgari οἴομαί τε.

7. πόθεν δέ γε ἀπιστεῖσθαι τὰς λόγους τὰς τούτων] vulgares Iſaei libri dant πόθεν ἀπιστεῖν τοῖς τούτων λόγοις.

8. φαίνομαι τοίνυν etc.] Hic locus non eſt ex illa, quam dixi, oratione, ſed ex alia ſeu hodie deperdita, ſiue, ſi ſupereſt adhuc, non ſuccurrit nunc memoriae, quaenam illa ſit. An deſunt h. l. nonnulla?

9. ἐγὼ μὲν δικῶν] particulam μὲν, quae vulgatis deeſt, e Bodl. addidi. Verum ne ſic quidem ſatis ſartum tectumque hunc locum arbitror, ſed valde vereor, ne quid adhuc ad integritatem ſententiae deſit. e. c. ἐξ εὐθείας, ſcil. γνώμης, vel δδῷ, *bona fide*, aut ὡς ἄνδρα καλὸν κἀγαθὸν πρέπει κάλλιστα καὶ σαφέστατα, aut ἀληθέστατα, aut δικαιότατα, aut tale quid. In ταῦτα quidem, quod prorſus non placet, odoror veſtigia aduerbii in ἑστα exeuntis. Perſpicuum enim eſt, rectam et apertam atque ſimplicem in iure agendi rationem, qua ipſe ſe ait vti, curuae et malitioſae atque callidae illi opponi, qua vti ait aduerſarium.

607. 9. τὰ πράγματα] In abrupto fragmento ecquis pro certo definiat, vtrum hoc recte habeat, an τὰς μάρτυρας ei ſufficiendum ſit, quod vtique melius conuenire ſententiae videtur.

10. λόγους] addendum videtur ψευδεῖς. tametſi me non fugit, ſed bene memini, ſimplex vocabulum λόγους de commentis et nugis vſurpari.

Ibid. καθιστὰς] ſcil. ἡμᾶς, aut τὸ πρᾶγμα.

12. ἐφρόνει et pari modo paulo poſt [verſu 13.] ἐζήτει dedi de meo pro vulgaribus φρονεῖ et ζητεῖ.

Ibid. παρακούσεσθαι dant vulgares, cui παρακρούσασθαι ſuffici volebat Sylburgius. Cuius coniecturae tametſi pondus addere videbatur Bodleiani conſenſus, teſte Hudſono, ego tamen nihilominus praeſens tempus praetuli, παρακρούεσθαι, *decipere*.

13. ταῦτα ποιεῖν] ſcil. quae modo dixerat aduerſarium factitare, ſcil. iudicum mentes mendaciis occoecare, et cauſam ad aliena, nugas et commenta detorquere.

pen. ἐν τῷ λόγῳ] ratione illa geſtae a me tutelae, quam ego pupillo cum exhibuiſſem, ille, aſpernatus eam, re prorſus non examinata, me male geſtae tutelae accuſat. Iam conſtat liquido, particulam hanc ex eadem oratione decerptam eſſe, vnde proferre exordium paulo ante p. 603. 3. coeperat. Vnde ſuſpicor, p. huius 607. v. 8. inter μεγάλη et φαίνομαι nonnulla deeſſe. Neque enim credibile eſt, Dionyſium particulas e duabus diuerſis orationibus excerptas ſic tacite, ſine tranſitu, ſine indicio, conſarcinaſſe. Sed videtur potius non commiſiſſe, vt lectorem haud admonitum ignorare pateretur, vnde inſequentia deſumta eſſent. Dixiſſet procul dubio in hanc, vel ſimilem ſententiam: ἀλλ' ἐπάνειμι ἐπὶ τὴν προτέραν τῷ ἐπιτρόπῳ πρὸς τὸν ἐπιτροπευθέντα ἀπολογίαν, ὅθεν ἐξέβην. φησὶν ἓν μετὰ ταῦτα· φαίνομαι τοίνυν —

vlt. Εἰσφορὰς λογίζῃ πρὸς τόσας; etc.] Incidimus in ſalebras. Ad locum peruenimus, ſi quis

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

si quis vllus alius huius libelli est, impeditum et arduum, in quo haesitare et labi turpe non erit. Tentabo, quoad potero eniti, measque suspiciones hoc de loco, qui inprimis vexatus et perplexus est, in medio ponam. In quo si labar, id quod necesse est fieri, consequar tamen hoc, vt aliorum acumen acuam, gressusque ad veri sedes dirigam. Finge itaque, locum hunc sic ab Isaeo fuisse exaratum relictum. Exibit enim sic sententia, si non ad primigeniae formae veritatem expressa, tolerabilis tamen et tantisper probabilis. Colloquuntur inter se pupillus et tutor, ad examen rationis a tutore exhibitae considentes. Εἰσφορὰς λογίζῃ, ait pupillus. *Video, mi tutor, te in ratione tua mihi imputare contributiones, a te de meo patrimonio meoque nomine, quod ais, ad necessitates reipublicae sustentandas collatas. Recte. Sed πόσας; quot illas?* Respondet tutor: τόσας καὶ τόσας, *tot et tot numero*: simul digito demonstrans locos rationis, vbi ipsi contributiones ad aerarium reipublicae imputasset. Pergit pupillus tutorem interrogare: Κατὰ πόσον ἀργύριον εἰσενηνεγμένας; h. e. *quantae sunt singulae quaeque summae aeris, quas tu te ais meo nomine singulis quibusque pensionibus* (vel *vicibus*) *in aerarium intulisse?* Respondet tutor: κατὰ τόσον καὶ τόσον. *Tantum intuli hac pensione, tantum illa.* Rursus instat pupillus: κατὰ ποῖα [non iam πόσα, sed ποῖα] ψηφίσματα. *quaenam et qualia sunt illa senatus decreta, aut populiscita, quorum iussu et auctoritate tu illas, quas ais, pensiones pro me dependisti?* Respondet tutor: ταυτί: *haec sunt, ecce isthaec*: et simul oculis eius formulas illorum decretorum subiicit. Nondum acquiescit pupillus, certum penitus et viis, quotquot datae sunt, omnibus indagare studens, continuat adhuc vnum, quod erat reliquum, interrogare: Ταύτας [scil. τὰς εἰσφορὰς] εἰλήφασι τίνες; *Sed has contributiones quinam susceperunt? quinam sunt hi, quibus tu te ais illas pensiones numerasse? Habesne etiam auctores idoneos, qui se aiant illud aes abs te abstulisse, et in aerarium intulisse?* Satisfacit tandem tutor etiam de hoc sic respondens: οἱ καὶ ταῦτα μαρτυρήσοντες. *Iidem a me abstulerunt eas, qui hac de re iam in continenti testabuntur.* Hic tandem desinit illa fictitia pupilli cum tutore suo expostulatio, et tutor iam nunc pergit e persona mere sua loqui.

608. 3. Bene habet σκέψασθαι. res dubio vacat; nisi quod ei praeponendum est καὶ. cohaeret hoc καὶ σκέψασθαι cum praemisso ἐχρῆν [p. 607. 11.] vnde etiam reliqui infinitiui, ποιεῖν — ἐλθεῖν — ἐξετάζειν — apti sunt.

4. τὸ πλῆθος τῶν εἰσφορῶν] *numerum*, vel *multitudinem, pensionum*, h. e. quoties tutor pro pupillo ad aerarium contribuisset.

608. 5. τὰ εἰσενηνεγμένα] quantitatem cuiusque pensionis, quantum aeris quaque vice contribuisset.

Ibid. εἰ μὲν εὖ τε τῷ λόγῳ πιστεύειν] Legendum videtur εὖ εἶχε, impersonaliter, sed sic, vt subaudiatur aut τὸ πρᾶγμα, aut ὁ λόγος: *Bene si habuisset*, res puta, aut ratio a me exhibita, aut *si omnia secum bene constitissent*, τότε τῷ λόγῳ πιστεύειν, *tum demum ratione mea fidere, eique certam fidem habere.* Hudsonus hic annotauit, in Bodleiano codice inter τε et τῷ lacunam esse. Atqui nulla ibi est, sed inter εὖ et τε est. Deest, vt dixi, aut εἶχε, τότε — aut nihil aliud, praeterquam εἶχε. illud τε potest haberi pro reliquiis vocabuli εἶχε. quanquam insequens νῦν probabilem mihi facit suspicionem, etiam τότε desiderari.

6. παρασχέσθαι dedi de meo pro vulgari παράσχεσθε. Aptus est hic infinitiuus, vt alii multi in hac regione praemissi, ex ἐχρῆν. [p. 607. 11.]

7. αὐτοῖς praetuli ex auctoritate Sylburgii vulgari αὐτῆς. pupillo puta meo et aduocatis eius, vel potius, his pupillis meis, tam maiori natu, qui nunc mecum de tutela gesta expostulat, quam fratribus eius minoribus. Rationem nempe gestae tutelae tutor exhibuerat, non pro vno solummodo, sed pro omnibus vna gestae. Pupillus enim puber factus a tutore totum patrimonium sibi traditum suscipiebat, vnaque tutelam fratrum natu minorum.

10. παρὰ τούτῳ] non Lysia, sed Isaeo.

11. οὐκ ἂν σὺ μισθοφορὰν etc.] Vtinam vbique locorum tam facili negotio et tanta cum certitudine nobis liceret Oedipi partes agere, [quod Sylburgius facile ac tuto fieri hic posse negat] atque hic licet, si quid huic loco mendarum adhaesit, id impressorum Demosthenis exemplarium ope abstergere. Legitur enim hic locus in calce tertiae Olynthiacarum. In vulgaribus Dionysii libris olim sic legebatur: οὐκ ἂν σοι μισθοφορὰν λέγει φήσεις. ne reliquas mendas commemorem, quas pariter, atque hanc, sustuli.

609. 4. κρατιώτης αὐτὸς ὑπάρχων] subiice tacitus e praemissis repetitum βελτίων εἶ, (pro ἔσῃ) *eris vir fortis et bonus, si militia fungaris.*

7. παραλαμβάνων] vulgatis in libris Demosthenicis legitur παραλαμβανέτω: vnde facile fuisset lectionem h. l. mutare et ad hanc normam reformare; quia tamen vulgata lectio librorum Demosthenis vitiosa esse, et haec lectio Dionysiana lectorem paulo attentum et subtilem in-

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

ductura in vestigia veri videbatur, ideo reliqui eam, qualem repereram, admonens vna, videri post ὠφελεῖ addendum esse ὠφελήσει. *qui nunc, accipiens stipendia ad certum modum ordinemque haud adstricta, sine fructu ad rempublicam redeunte ea percipit, is, eadem ferens certis et aequalibus pensionibus, patriae proderit, vsum sui praestabit, fructum eorum reipublicae referet vberem.*

609. 9. πλήν τι μικρὸν] sic refinxi e vulgaribus Demosthenis exemplis. Libri Dionysiani hic dabant πλήν τι μικρῷ: vnde colligas, si satis tuto licet, Dionysium in suis codicibus Demosthenicis habuisse πλήν τινι μικρῷ, quod etiam non sit contemnendum: id est πλὴν ἐν τινι μικρῷ.

12. ἐκεῖνα δὲ etc.] Redit nunc Dionysius a Demosthene ad Isaeum, cuius sunt insequentia, non ex eadem illa tutoris oratione, vnde superiora erant, petita, sed ex alia. Quasi dixisset ἐκεῖνα δὲ τῷ Ἰσαίῳ κατὰ συγγραφὴν ἐστι λεγόμενα. Respondent haec istis praemissis p. 608. 8. ταυτὶ μὲν διαλελυμένα.

14. συντίθεσθαι] malim συντεθεῖσθαι in perfecto passiui.

vlt. ὃ παρεχόμενος αὐτῶν μάρτυρας ὄφλοι] Quamuis dura et implicata dictio, non ideo tamen vitiosa est, sed perinde habenda, atque si dixisset: ὃ παρεχόμενος τῷ ὄφλοι ἡμῖν ταῦτα μάρτυρας τοὺς αὐτούς, ὧν ἐναντίων ἡμῖν ἀποδῶναι φησίν. *non praestans testes, qui testarentur, ipsum isthaec nobis dependisse.* ὄφλοι hic accipi debet pro τῷ ὄφλοι, vel pro ὅτι ὤφλε.

610. 1. φησὶν] Bodl. φασὶν. male.

2. ὡς] malim ὑμᾶς.

Ibid. πιστεύειν] adde δεῖν. Constructio haec est: προσποιεῖται [id est εἰρωνεύεται, simulat se bona fide postulare, seu personam ipse sibi imponit censentis, vel vult videri credere id, quod ne ipse quidem credit, sed conscius ipse sibi est, se absurda et iniqua postulare] ὑμᾶς ἐκείνοις πιστεύειν δεῖν, *vos oportere magis illis credere.*

Ibid. ὡς ἀποδεδώκασιν ἡμῖν] id est τοῖς φάσκουσιν, ὅτι ἀποδεδώκασιν ἡμῖν. *magis illis credere, aientibus, se nobis illa reddidisse.* Pluralis ille designat reum, ab actore de nomine non persoluto accusatum, vnaque testes et aduocatos, aientes, illud aes persolutum fuisse, quod minus fuisset.

3. ἢ ἡμῖν, ὡς οὐκ ἀπειλήφαμεν] *quam nobis credere, negantibus, nos illud aes accepisse.* Pronomen ἡμῖν de meo addidi, quo vulgatae carent. *nobis*, h. e. mihi actori, aes illud reposcenti, meisque aduocatis.

610. 4.

610. 4. ἀποστερῆν] Sylburgius ἀποστερεῖν suspicabatur: verum hilum non proficit. In coeno nihil eo minus haerebimus. Causa haec nobis obscura cum sit, admodum erit lubricum per coniecturas hic loci procedere. Quia tamen aliter res geri nequit, age contendamus aliquam saltim tolerabilem, neque abhorrentem sententiam e verbis truncatis elicere. Quid si ergo fingatur Isaeus ad hunc modum scriptum reliquisse: πᾶσι φανερόν, ὡς ἔοικε, τοῖς εἰδόσι τὸν τούτων πατέρα, ἀποστερῆντα ἡμᾶς, ὄντα ἐπίτιμον, ὅτι ἡμῖν ἑκόντες οὐκ ἂν ἀπέδοσαν. ἀτιμωθέντος δὲ, εἰσπράττεσθαι ὅτως ἔχοντας (in accusatiuo) οὐκ ἂν ἠδυνήθημεν. *Liquidum et planum est omnibus, qui norunt, patrem eorum nobis debita non soluisse tum, cum adhuc statum ciuilem iueretur, his ergo, qui hoc norunt, perspicuum, ni fallor, est, eos tum temporis debita non facile fuisse nobis vltro reddituros. Post patrem vero capite minutum non facile potuisse nomen nostrum exigi, vt in ista eorum tam misera conditione.* Alius aliquis sic ferme enunciasset, vt minus rotunde, ita rursus multo planius: ὅσοι τὸν τούτων πατέρα ἴσασιν, ὅτοι ἴσασιν αὐτὸν ἡμᾶς τὰ ἡμέτερα ἀποστερῆντα, καίτοι ἔτι ὄντα ἐπίτιμον, ὅτε ἀποδιδόναι αὐτὰ ἐδύνατο. τότε ὦν εἰ ἤλθομεν εἰσπραξόμενοι τὰ χρέα, εἰκός ἐστι καὶ φανερὸν πᾶσιν, ὅτι τότε οὐκ ἂν ἑκόντες ἀπέδοσαν, ἀλλ' ἀναγκασθέντες, εἴ γε τοῦτο καὶ τότε ἐποίουν. Μετὰ ταῦτα ἠτιμώθη ὁ τούτων πατὴρ, καὶ ὅτως εἰς ἀπορίαν κατέστησαν. οὐκ ἦν ἠδύναντο, ἄποροι ὄντες, ἡμῖν ἀποδιδόναι, οὐδ' εἰ ἐβιάζοντο. πῶς ἂν εἰκὸς, ὃ φασιν, ἀληθὲς εἶναι. φάσκουσι γὰρ, ἀτιμωθέντος τοῦ πατρὸς, αὐτοὶ ἀπορούμενοι, καὶ ὅτως ἔχοντες, ὡς αὐτοὺς ἔχοντας ὁρᾶτε, ἡμῖν ἀποδοῦναι, ἃ δυνάμενοι. ἀλλὰ γὰρ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα βοᾷ, ὅτι οὐκ ἂν ἠδυνήθημεν εἰσπράξασθαι ἀνθρώπους ὅτως ἔχοντας. *Florentes adhuc rebus secundis nolebant nobis satisfacere; postmodum, rebus ipsorum euersis et pessumdatis, non poterant, etiamsi vel maxime voluissent. Ergo nunquam nobis satisfecerunt de nomine nostro. Ergo mentiuntur aientes, se nostra nobis reddidisse eo tempore, quo reddere non poterant.* Post haec chartis mandata, relegens iterum Isaei locum, velut e crapula euigilans et resipiscens, deprehendo, procellam hanc, ingentem et horribilem visam, minimo motu sedari posse, duabus literulis addendis, et vna mutanda; scil. ἀποστερῆντα exarando, et ἔχοντος in genitiuo singulari, et ὅτι cum ὅτε mutando. Et ad hunc modum reformaui vulgatam, quae diu me antehac torserat; vt nunc mirer ipse, qui factum sit, vt citius non cernerem. Vulgata sic habet: ἔοικε τὸν τούτῳ πατέρα ἀποστερεῖν ὄντα ἐπίτιμον· ὅτι ἡμῖν ἑκόντες οὐκ ἂν ἀπέδοσαν εἰσπράξασθαι, ὅτως ἔχοντες οὐκ ἂν ἠδυνήθημεν. Nemo miretur, post τούτῳ sequi ἀπέδοσαν et ἑκόντες, neque ideo suspicetur, τούτων esse legendum. Probarem ipse

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

τούτων, si libri darent, et referrem ad reum, eiusque fratres. verum τούτω bene habet. Reum designat, a quo actor nomen hoc reposcit. In ἑκόντες ἀπέδοσαν autem subauditur cum eius patre vna mater quoque, et ipse reus, et eius fratres atque necessarii. ἔχοντος autem redit ad patrem. τῷ πατρὸς οὕτως ἔχοντος, id est ἀτιμωθέντος καὶ πενομένου. εἰσπράξασθαι cohaeret cum τὸν πατέρα. Superius a me scripta, quae nunc non probo, cum possent vna litura obliterari, et notitiae hominum subduci, seruanda tamen nihilominus duxi, quo essent aliis documento. Discatur enim inde, quam saepe minuta nubecula luminibus veritatis criticae officiat, animumque dubiis aliis ex aliis vexatum et iactatum teneat; tum a casu fortuito et repentino lucem veri emicare, aut etiam contentione meditationis nubeculas discuti; denique mentem humanam gradibus quasi ad veri sedes indagandas procedere. Sed desino tandem: copiosior enim fui, quam decebat. Succurrit tamen adhuc alia huius loci emendandi ratio, quam iudicio lectorum submittere iuuat. Quid si sic legatur: φανερὸν ὡς ἔοικε τοῖς εἰδόσι τὸν τούτου πατέρα ἀποστερῆντα, ὄντα ἐπίτιμον, ὅτι, οὐ ἡμῖν ἂν ἐκόντες ἀπέδοσαν, εἰσπράξασθαι τούτους οὕτως ἔχοντας (in accusat. plur.) ἂν ἂν ἠδυνήθημεν. Et haec ratio mihi nunc magis etiam, quam illa altera paulo ante proposita arridet. Sed manum tandem aliquando de tabula.

610 8. Εἶτ' οἴεσθε, εἰ οὖ μὲν] expunxi εἰ, quod h. l. in vulgatis ante articulum legitur, ex auctoritate vulgarium Demosthenis librorum, penes quem hic locus, p. 673. edit. Morell. [seu p. 113. pen. edit. Lipsi.] legitur.

10. τούτους μὲν] sic emendaui ex illo Demosthenis loco vulgarem lectionem τοὺς μέν.

11. πολεμῆσαι] libri Demosthenis dant πολεμήσειν.

13. Dedi de meo καταλελειτουργηκότι. Sed supersunt in hoc loco, quem intricatissimum reddit accumulatio participiorum et constructionum Atticarum perquam contortarum et perplexarum, adhuc alia, quibus enodandis, si potero, semel hac vna opera defungar. Constructio haec est: ὅτοι ἐκώλυσάν με ποιήσασθαι τὴν ἐπισκευήν, λαχόντες [id est διὰ τὸ λαγχάνειν] ἐμοὶ τηλικαύτην δίκην, ᾧ προσῆκεν, ἀποδεδωκότι τὰς μισθώσεις, ἔχειν πάντα τὰ ὑπάρχοντα τούτῳ, ὃς πάντα μὲν τἄλλα, τὰ, ἔξω τῶν ἀποτιμηθέντων, αὐτῷ ὄντα καταλελειτούργηκεν, εἰ δὲ δανείζεσθαι ἐζήτει, ἐκ ἂν εὗρε τὸν ἐπ' αὐτοῖς πλέον τι δανείσοντα. *Hi tanta lite comparanda obstiterunt mihi, quo minus reparare labes bonorum possem, quanquam decebat, me, si mercedes annuas horum bonorum dependissem, sine controuersia cuncta habere et tenere bona eius, qui, cum fungendis muneribus omnia absumsisset, quae ei praeter fundos oppigneratos erant, si voluisset, adhuc aliam pecuniam mutuaticiam suscipere, neminem facile fuisset reperturus, qui pecuniam ei sub foenoris conditione crederet.* Haec si est oratoris sententia, quae esse vtique videtur, nihil aliud in hoc loco impeditum, aut vitiosum, superest, quam vnicum illud μέν, [p. 611. 1.] cui marte meo με suffeci. ᾧ [p. 610. 12.] cohaeret cum ἔδωκεν, [versu 14.] et ἀποδεδωκότι [ibid.] cum ἐμοὶ. [versu pen.] In ἔχειν [ibid.] subauditur τὰ τούτου πάντα.

611. 9. ποιῶν] ferri potest, vt aptum ex ἐστὶ. [versu 8.] ποιῶν ἐστι valere potest idem, atque ποιεῖ. mallem tamen hoc. *nil facit extra artem.* h. e. nullam relinquit intactam et non tentatam sibi machinam strophamue earum omnium, quas habet ars rhetorica. quibuscunque armis ea pugnat et ferit, iis omnibus omnino vtitur Isaeus. quibuscunque artificiis eloquentia forensis assensum extorquet, ea Isaeus omnia ita amplectitur, vt nullum eorum sibi faciat reliquum, et praeteruisum, aut insuper habitum.

12. πρὸς ἀνεγνωκότας τὸν ἄνδρα ὁ λόγος] sic correxi de meo vulgarem lectionem πρὸς ἀνεγνωκότας τὸν λόγον ἄνδρας. *oratio mea erit breuis et summaria*, h. e. summa rerum capita perstringens, *vtpote tendens ad homines, qui virum*, h. e Isaei orationes, *legerunt.* vid. p. 615. 6.

14. τοτὲ et hic, et p. 612. 2. dedi pro vulgari τότε.

15. προλαμβανούσας] *praecipientes, occupantes.* Sic dedi de meo, pro vulgari προκαταλαμβανούσας. vid. p. 613. 9.

612. 2. Vulgarem lectionem αὐτοῖς τὰ κεφάλαια correxi de meo sic, vt inde efficerem αὐτὰς εἰς τὰ κεφάλαια. *eas*, nempe τὰς διηγήσεις, enarrationes rerum gestarum, *diuidens in certa quaedam capita*, vel *certos locos.*

3. παρατιθεὶς] oratio si sibi constare, h. e. si participium hoc priori μερίσας [versu 2.] respondere quoad tempus debet, legendum erit παραθεὶς in aoristo. Non bene conuenit in eadem constructione praesenti cum aoristo.

9. τούτοις, quod Sylburgius recte malebat, in Bodleiano quoque legi cum testaretur Hudsonus, praetuli vulgari lectioni τούτων.

pen. δεδοικὼς, παρ' ὅσα — dedi de meo, quod idem est, atque καθ' ὅσον — *secundum ea certe, quae mihi quidem vera videntur esse.* Verum si est, quod Hudsonus testatur, de quo cur dubitetur, causae nil video, coniecturam Sylburgianam in Bodleiano libro legi, constat iam perspicue, id quod iam dudum ante suspicatus fueram, quam ad hunc locum deferrer legendo, codicem illum interpolatum ex

An evaluation version of novaPDF was used to create this PDF file.
Purchase a license to generate PDF files without this notice.

exemplo Sylburgiano, cum in ea coniecturae legantur Sylburgianae, interdum perſpicue falſae.

613. 1. αἵ τε πίτυες] aut τε locum non ſuum obtinet, aut ante haec vocabula deeſt parum quid. Si poſterius hoc probatur, legendum erit: — ὁ λόγος, ὃ [vel ὡς] καὶ πολλάκις συμβαίνει. ſin autem haec coniectura repudietur, τε erit in verſum 2. transferendum, et ſic legendum: καὶ πολλάκις αἱ πίτυες — πολλοί τε καὶ περὶ πολλῶν — Ego vero priorem rationem praehabebo.

3. μὴ συνταράξωσι] pendet hoc e praemiſſo δεδοικώς [p. 612. pen.]

8. Bene habet vulgata, τότε δέ, *tunc autem*. h. e. in eiuſmodi loco, cum id agit Iſaeus, cum hunc inſtituit modum tractationis.

10. πιστοτέρας αὐτάς] ſcil. τὰς διηγήσεις. Sed videtur aut ἕτω πιστοτέρας αὐτὰς legendum eſſe, aut πιστοτέρας ἕτως αὐτάς. *ſperans, hac ratione ſe effecturum, vt narrationes rerum geſtarum ſibi fiant credibiliores.*

